1.

DE EPIDEMIO PHLEGMONE ANGINOSO

Grassante Neapoli.

AD ILLVSTRISSIMVM

ANDREAM CAPPELLVM,

SERENISSIMÆ VENETORVM

Reipublicæ Virum Patritium.

FRANCISCVS NOLA MEDICVS


PARTHENOPAEVS.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



VENETIIS, M. DC. XX.

Ex Typographica Officina Io: Baptistæ Ciotti.



ILLVSTRISSIMO ANDRÆ CAPELLO, VENETORVM REIPVBLICÆ VIRO PATRITIO.

Franciſcus Nola Medicus Salutem.




QVOD literis ſæpè iuſſiſti (Illuſtriſſimè Vir) vt ſcriberem de vagante morbo Anginoſo Neapolim iam perſoluo: quæque olim notaueram, meæ tantum exercitationis gratia reuerenti animo prudentiſſimæ tuæ Dominationi iam præbeo. Id tùm maximè libenter cum manuſcripta ſint, quæ facilè aut delere, aut corrigere potueris ferè intra muros: Amantis Domini, & Protectoris, vt mihi es, amica eſt correctio non liuida; partialis calamus, non æmulus; & ad veri indagationem conſors lectura non inuida, aut calumnioſa exploratio. Multa forſan huic haberem addenda diſcurſui; vltro perlegerem, &

emendarem illum, si æmulas manus iniquas (vt Medici sunt) experiẽdus esset; satis oculatè verba ponderarem, si publicè foret excudendus: At beneficienti Domino, & amico scribẽs, confido, negligentiæ parcas, Patrono Hero illum dirigens fautorem spero: & erudito viro sapientissimo scriptum committens docentem subeo. Facile etiam ad manus euenient, quæ doctissimi viri scripserunt de hac epidemia constitutione, & forsan Typis prodibunt; sed ea nè mecum compares, oro: Hac enim de causa ambitiosè hunc discursum non promulgaui, maioribus locum cedens, senum docere, ac Typis mandare munus est: Sæpe namque mihi contemplanti, cur excusa quandoque calumnientur: Vellei dictum in mentem venit respondentis cur admiremur antiquos, & recentioribus inuideamus; ab illis enim instrui nos (scribit) obstrui ab his. Hinc dum per elapsam ęstatem hęc otiose componerem, ac promere in libito esset, senioribus cedens, & mihi cauens ab æmulorum caninis dentibus scriptum seruare institui, potius spectator sedens in scena scriptorum (qui permulti sunt) quam partem adiens derisus. Interim illius descriptionem æquo animo recipias obsecro, ac mihi iudicium referas gratissimum erit. Vale.


Neapolis die 20. Februarij 1620.

§. I.



ILLVSTRISSIMO ANDREÆ CAPPELLO PATRITIO VENETO.

Io. Baptista Ciottus. S. P. D.



OLVI de tuo iure aliquid detrahere, vir Illustrissime, Breuis hic Commentarius manuscriptus iã tuus erat, tuoq; præclaro nomini dicatus. Nunc quoniam publicus est factus, typisq; meis commendatus, iniquis moribus essẽ, si illum alteri consecrarem. esto igitur iterum tuus, & sicut fluminum aqua ad mare, vnde olim discessit, regrediatur. Volitet per manus doctorum hominũ Auctori suo similium, indignus in vna tãtum Bibliotheca reponi, in omnibus locum habeat. Quod illi scio felici quodam Fato continget: est enim opus Francisci Nolæ Medici, ac Philosophi prẹstantissimi: hoc tãtùm ad eius cõmendationem sufficeret. Est item à pluribus laudatis viris, quibus eum legendum, & tãquam Aristarchis criticè iudicandũ tradidi, magnopere laudatus. Quare non potui meum institutum non seruare volens nimirum prodesse Medicorum Reipublicæ, & communi, de qua hic agitur, hominum saluti. Quod


dum facio, ſimul etiam lætor cognoſci te patronũ ſub tua clientela lubenti animo hunc Librum accepiſſe, paratumq; ab eo omnes iniurias inuidentium propulſare. Quis.n.Zoilus audebit hic ſuos dentes exercere? Singularis tua Virtus ſicuti bonos iuuat, tuetur, fouet, ſic malis pauorem, metum, terrorem incutit. Igitur vt Fanũ Herculis, quod Romæ is habebat, à muſcis fuit, & canibus immune; ita hoc ſcriptum à maleuolorum impudentia, & calumnijs erit tutum. Inde fiet, vt fęlix hoc Ingenium Franciſci Nolæ alacriùs Muſas grauiores colere, & ea, quæ vſum maximum habent, libẽtius proſequi non deſiſtat. Quod reliquum eſt, quæſo, ne expectes me tuarum laudum præconia vnius epiſtolæ anguſtijs velle complecti, res longæ hiſtoriæ: maneat Annaliũ conditores hæc cura. Verum, vt quiſque erit veritatis amantiſſimus, Patrię caritate feruentiſſimus, in tuorum decorum commemoratione plurimus eſt futurus. Vnum tantum de generoſa tua Familia dicã, quod iure merito pro inſigni ſibi pileum aſſumpſit, qui libertatis, qui rei ſacræ, & principis curamen per hieroglyphicum ſignificat. Etenim in Venetorũ Politia maiores tui in libertate vendicanda, ſeruandaque ſemper primas partes tulerũt, ſemperque omnes opes, omnes ingenij neruos hũc intenderũt, vt Reſpublica à Tyranni veluti Athenienſis à Philippi alicuius inhiãtis manu incolumis euaderet. Quod ſi ante alias antiquorũ ſtatuas Hippocratis imago pileata celebratur, vel quia cuſtodienda eſt pars ea, in qua Princeps animus reſidet, totaq; intelligẽdi vis collocatur; vel quia

hominis nobilitas innueretur, qui ab Apolline, & Hercule cognationem traheret; nõ quo caluitiem, nec imbecillitatem, nec acutiem capitis tegeret, vt quidã maligno admodum ſcommate interpretabantur. Quanto vberius extollendã maiorum tuorum Virtus, quæ pileo meruit honeſtari, liberatoris titulum, publicæ incolumitatis authorem tacitè exprimendo, eamq; ſemper caput, Principemque fuiſſe in laborando, in deſudando pro communi omnium bono. Nec tu Vir Illuſtriſſime, à more Progenitorum degeneras, eorum actiones, heroicaque facta non æmularis tantùm, ſed victurus eſt, vt ſpero tuam, tuorumque gloriam augẽdo quotidie præclare geſtis. Macte Vir Inclyte ſic itur ad aſtra, ſic facies merendo plures tui memores. Interea Typographum, qui Te propter eximia merita, generiſque ſplendorem veneratur, ac colit, ſuæque magnæ obſeruantiæ teſtimonium cum hoc munere præſefert, atque omnibus patefacit, Tua benignitas amare, atque amplecti nõ dedignetur. Multa nomini Tuo inſcribere multi poſſunt, non abnuo; maiori quicquam, aut meliori animo, nemo. Vale Nobilitatis Adriacæ decus.


Venetijs Kal. Auguſti M. D C. X X.

ERRATA CORRIGE.

	Error.	Correct.
f.2.versi 2.	ANDRAE	ANDREAE
f.6.v.11.	vitæ domus	visæ domus
f.9.v.9.	siue	siccæ
f.10.v.13.	ciuitates	siccitates
f.10.v.18.	fuisset	fuisse
f.11.v.2.	Cænophanes	Cæophanes
f.11.v.3.	germinatiorem	germinantiorem
f.12.v.21.	sauities	sæuities
f.13.v.27.	omme	omnes
f.15.v.7.	(quam sicam)	(quam sciam)
f.15 v.10. in margine		lib.1.diff.c.1.
f.17.v.12.	ἐνδήμω̃	ἐνδήμου
f.22.v.25.	pastus	passus
f.24 v.12.	perdurans	perdurante
f.25.v.1.	daret	claret
f 25.v.10.	corruption	corruptioni
f.30.v.28.	reddens ratione	reddente ratione
f.32.v.16.	veris mutationibus	aeris mutationibus
f.32.v.19.	tenacium	tenacius
f.3[illegible].v.6.	potest	patet
f.[illegible].v.12.	viris	viros
f.41.v.4.	immiscibilibus	in miscibilibus
f.44.v.17.	potest	patet
f.51. in margine lib.14.meth.19.		lib.14.meth.17.
f.55. in margine.c.2.eiusdem l.		c.3.eiusdem l.
f.57.24.	spiritu	spiritus
f.58.v.17.	corruptione	corruptiouē
f.59.v.12.	iuscida	viscida
f.59.v.24.	media	inedia
f.63.v.8.	sine	siue
f.63. in margine.l.7.meth.6.		l.2.meth.6.
f.67.v.2.	ex naturali statu	& naturali statuā
f.68.v.19.	at	ad
f.68. in margine.4.acut.		2.acut.1.
f.70.v.11.	iusta	iussa
f.76.v.2.	vla	vuula
f.76.v.24.	ichore	ichores



§. 1. DE HISTORIA.

EAPOLIS Italiæ Vrbium præcipua, suique Regni Metropolis, siue collem ascendat, vel in Planitiem sternatur, aut mare libet, sic omnia peragit, vt cuiq; adhuc dubium sit, quò versus hæc loca declinet magis: ac tali etiam inde gaudet aere, vt ferè Regiones multas in suo unico solo continere videatur maris, & Vallium, Planitiei, & fontium, diuersorumq; collium. Est enim sui situs fermè totus à montibus, collibusque ad mare procliuis; nam ab Ecla colle, monte Herme, Antinianæ rupe, diuique Agnelli monticulo in muris integer decliuè in mare labitur; non secus ac illud etiam intuetur infima ciuitatis portio citra Paludes ad Fontem Aegyptiacum supra murum, magnumuè Tribunal, quæ planitie gaudet vltra Burgum diui Antonij Abbatis.

Quiuè colles habitant, iam dictos ab ipsorum etiam cacumine teguntur à Phauonijs (exceptis tantũ in illorum vertice habitantibus.) Ciuitatis verò enarrata planities illos videt ventos à collibus non cooperta: sic etiam, qui Rupem colunt Antinianæ ad ciuitatem diui Agnelli muros, seu Regionem à Coro, & Argi-

no

no offenduntur; vti & qui morantur in prouincia Capuanæ Arcis (vbi nunc magnum Tribunal) à Septentrione, & Borea. A Cæcia autem, & Subſolano libera eſt planities ciuium ob Gygantem Vaſeuum, Surrenti, & Amalphiæ montes. Verum econtra Monti Hermi, & Eclæ colli obnoxij, hi ſunt venti; vndiq; . Cæterum à mare tuetur Ciuitas. Aphrico tamen, Lybonoto, Phænici, & Europatens.

Sed abundans vallibus ciuitas, multoties vti pro ſalute eſt in illis occurrere ventis, tam etiam ibi nocet fontium copia, ac minimè ferè à Sole vitæ domus, & pauperum habitacula ſæpius occluſa halitibus inquinata, & totus frequentioribus in locis aer non ventilatus, ſed caliginoſus, & craſſus diù validum putrefacientem calorem retinens, vel frigus, vt vrgẽs fuerit cauſa à Nobilibus viris ipſas linquẽdi ualles plebeis, & aduenis artificibus, vti in Regione ſedilium (vt vocant) porti, & portæ nouæ viſitur: ac in quibuſdam potius cunicularijs, quam habitationibus infra Ciuitatis planitiem, & montium, vel collium aſcenſum, ipſaſque horrentes, ſalubriores plagas incoluerunt.

Fælix quidem ſitus vrbis, & Regionis vndique perflatus, in quo nullus ventus extinguitur vltrò progrediens; & nullum montem ſuperbum, ſterilem, vel aſperum habens tam propè, vt Solem ipſi impediat, ad equeſtre exercitium aptiſſimus, ad nauigationem optimus, & ſaluberrimus ad coercendos morbos.

Subeſt

Subest etiam ipsius solo ad montem, & colles mollis terra, quæ non nimis lapideam mineram retinet facile ferro cedentem, leuem, siccam, & aliquo inde modo porosam. Verum in Ciuitatis planitie non ita, sed cænosior efficitur tellus ob nimium aquæ commercium tum Sæbeti vrbem percurrentis, quam spontè nascentium puteorum, & immunditierum per cæcos ductus ad mare.

Est tandem regio temperata in Zona ad Arcticum Polum, sub Clymate sexto, paralello decimotertio, gradu eleuationis à polo 41. *&* *longitudinis ferè* 40. *Solemque videt ad horas.15. in longiori die, cum parum distet citra Romanum, & Alexandriæ solum, in quo parum vltrà longiorem diem extendi vult Galenus.* lib.6.de san.tuē. 5.

Neque ab re paucula hæc dixi, cum hoc sub cælo concedat Galenus etiam temperatiora corpora gigni, & libro 3. aph.14. *conseruari, & hic ferè ille sit; Cæterum ad morbos endemios (si qui illi sunt) dicendos vertam, cum à solo, cælo, & ventis illosmet indaget Gal. non secus; ac* libro de aere, aquis, & locis epid. pœmio. *epidemiorum naturam. Nostri enim non est de Vrbis verticalibus dicere syderibus Hælicis nempe secuda Calisti, Bootis Capite; dextero Herculis Talo, & sinistro Andromedæ: Hæc enim cum nullum notatu dignam variationem habuerint in longum, vel latum, nec vllus ibidem exarserit Cometa, nil quidem ad nos spectant.*

Hac in Regione, & si Myrachiali morbo habitato-

res perſæpè videantur correpti; cum frequentius ab obſtructione alicuius viſceris affligi incipiant, non aeris, vel Soli vitio hæc patiuntur, aut aquæ cœnoſitate; ſed à dira ingluuie, lautis menſis, frigidioribus potionibus, crebris conuiuijs, frequentiori Venere, ac demũ aſſiduis cruditatibus: ita vt apud multos poſt longa moroſaq; diſpendia pro balneorum vſu, catapotijs, & alijs expertum ſit, magis ſolam iuuare rationem victus in omnibus ritè inſtitutam, quam cætera à Medico iuſſa; tum maximè in principio morbi non adhuc à medicamentorum violentia naturali virtute refracta, & poſt primam tantum purgationem perfectè peractam.

Sed vti hic morbus à mala victus ratione oritur, ita huic proximè accedit ciuibus vernacula quædam diſpoſitio ad catharros diuerſos (vulgò diſcenſi) nec nõ artuum debilitatem, & mollem eneruationem: ut facilè ſit quemquam, vel quinquagenarium ad ſummũ podagris, chyragris, iſchiade, & ſimiliter in articulis laborare.

Cuius diſpoſitionis cauſam, ipſum puto aerem perſæpè afflictum ab Euris, & Aphrico ventis, nec non ob eleuatos humidos vapores à frequentibus iam dictis vallibus, & humillima parte urbis fontium copioſa nimium habitata, minimèq; à Sole diſcuſſos. Temperata namque corpora facilè ab omni læduntur extremo, tum maximè ab humido, in quo conuenit natura (non enim iuſtè appoſiteq: temperatam ponimus, ſed

calidam

calidam naturam, & humidam, vnde fluxionibus ideo obnoxiam dicit Gal. vti per accidens erit tempe- lib.5.de sā.tuen. 12.
ramentum frigidum siccum illis occurrens: nec mirum declinante ijs calore fluxiones euenire aucta naturali dispositione ab alterante nos aere, & continuo vsu decoctorum olerum mane, & vesperi.

In hac igitur vrbe, & soli regione anni salutis currentis 1616. die 12. Calendarij nostri hora 4. labente sequentis noctis, cum prius plurimum, siuè frigesceret aer, post secundam Lunæ quartam, sereno cælo, totoq; stellis radiante, spirante Cæcia, Sole in terreo signo coniuncto Marti in sui exaltatione cum quadrato Saturni domum cum Marte commutantis in mobilibus signis existentibus vna cum Luna defluente à duplici malefica, totius situs, ac regionis solum cõmotum fuit, & domuum quassatio. Quod aliquid non mirum fuißet, ni simul repentè auditus esset tonus ferè crepitantis terræ a bellico puluere disruptæ; qui tali modo aures incussit, vt bombus illo usque tempore inauditus magis è cælo demißus existimaretur, quam è terra volitans. Cuius sonitus spatio non solum domus, & parietes contremuere, sed etiam scissi sunt multi, quod etiam præteritis annis ita frequenter euenit, vt à sapientissimo Læmensium Comite nostri semper protectore magis laudatissimo, quam etiam Prorege omnibus numeris dignißimo iußum fuerit à publico magistratu collabentes ædes compulsis dominis refici. Post sonitum omnis etiam Ciuitas adhuc

commouebatur per minuta temporis ferè decem, siue partem horæ sextam. Dein ad paucos dies lentè in meridie terræ motus ab aliquibus auditus fuit, & vt reor vti lentè, sic neque communem ad regionem vniuersaliter fuisse, vel vbi tanta non aderat quies, motum non ita obseruatum fuiße, vt cum Arist. dicamus à Sole in meridie discussas magis exhalationes.

libro 2. meteor. c.7.

Hic autem terræ motus in solo laxo, sub antroso, & maritimo facilis quippe fuit; sed tam diu perdurasse validiorem, copiosamque indicauit causam efficientem & materialem: at vehementem, diramq; illam concipimus, dum hyeme fuißet, in qua persæpè gelu extingui deberent ignitæ ciuitates terrestres.

Vt enim summa pars terræ cedit contrario in hyeme, & æstate; ita in hoc terræ motu econtra dicimus ex fundo uiscerum interiorũ terræ motã esse materiã, & efficientem illius terræ concussionis, ac inde monstruosiorem fuisset, & non communem è situ ferè supremo terræ, à quo communiter, vt Arist. habet hyeme, & æstate terræ motus non fiunt, sed ex penetralibus terræ interioribus.

Post autem hunc terræ motum accessit hyemis reliquum ventis varium persapè Austrinis, & Subsolanis, verq; temperatum: vnde virentior videbatur terra herbis, fructibus, & segetibus, & vino illo anno abundantior; vbi enim aderat frugiferum solum ob innatam sui proprietatem, iterum sub illo agitato, commotoque calidiore spiritu, & aucto magis vi terræ

motus

motus fertilissimum inde videbatur. Quodue Theophrastus, & Cænophanes scribunt à calefacto Solis spiritu interno germinatiorem fieri tellurem (non secus ac quandoque per noctem ludicrè appium oriri fecimus, vesperi ponentes eius semen supra terram minimè extinctam calcem subcontinentem) ita hoc anno experti fuimus à sata terra facto terræ motu. Attamen cum nostri non sit de hoc scribere, historiam percurramus. Aestas deinde successit calida austrina, & ferè similis Autumnus.

Sed in hoc toto anno adueniente vere, ac percurrente Sole Tauri signum Saturno coniuncto, circa finem Aprilis misera incæpit animalium mortalitas sectorum vnguium tam masculini & fœminini generis, quam terræ seruientium, & victui paratorum.

Quæ tum maximè visa fuit in fine Maij coniunctis in eodem signo Marte, & Saturno. Iam videbatur in copioso armento anniculus vitulus, cui ferè sarcina erat adeps, & præ carnositate tremulus efficiebatur, mox verò sui deiectus pondere potum cibumq; horrebat, ad pascula stimulatus cum turmis lento pede herbulas metiebatur, demisso capite infra brachia, nares densis mucoribus, croceis, & graueolentibus scatebãt; & triduo ad summum statimque concidens moriebatur miser, desiderata cornua non attingens: Ità Iuuencis, Bobus, & Tauris similis morbus, vel mortis non pepercit modus.

Sed hic nostri conciuis Porta occurrit lib. 4. de ae- cap. 50.

ris mutationibus. Ouium greges (asserens) prius has pestes à terræ motu eleuatas cæteris præsentire: quod quidem non fuit, siluestriora ouibus cum sint hæc animalia, cænosiora loca colant, & magis rusticè inarmentis sub diuo morentur, quod gregibus non accidit: vnde non mirum si anno 1616. *non peribant oues, et citius in vitulis bobus, & tauris initiari visus sit hic morbus, posteaque sequenti anno (vt dicam) sæuius.*

Erant autem horum carnes dilaniatæ adiposæ quidem, sed pellucidæ, coctu facillimæ, citoq; male olebant, vnde ab Annonæ Præfecto prudentissimo, pioq; Cæsare Alderisio Regio à latere Consiliario dignissimo iußum fuerit prò esca hominibus non vendi.

Anno sequenti 1617. *magis latè vigensque sæuijt hic morbus constitutione temporis calida, sicca, flantibus vẽtis cõsimilibus, eadẽq; lædebãtur animalia plurima, vti per hyemem anni sequentis* 1618. *gregatim moriebantur sues, & oues, quibus etiam crura arefiebant, & præ tabedine vlcerabantur, nec bouinum genus interim excipiebatur.*

Perstitit hæc sauities etiam in æstate illius anni 1618. *ardentissima, ita vltra seipsam, squalida, vt etiam modo præ siccitate arida scißus sit mons propè castrum oui, cum plurimarum domuum ruina, & hominum miserrima nece; ac etiam eodem mense Augusti cometa exarserit primus, vt alij duo mense Nouẽbris eiusdẽ anni: sic postmodum auno* 1619. *lentescit quidem animalibus, vt aliquod tãtũ pereat hoc morbo.*

Sed

Sed vtinam hoc solum fuisset damnum, & culmen ærumnarum, prò quibus calamum sumpsi, non hoc tantum signata est area calamitatum curru. Nam Vere anni 1616. etsi multi abstinuerint ab esu carnium etiam sanorum animalium patientis speciei, vti etiam fecerunt anno 1617. erant tamen fluxus ventris, variolæ, & morbilli permulti ad æstatem usque, & erysipelata tum maximè humidioribus.

Et prope finem veris sequentis 1618. percurrente Sole una cum Saturno, & Marte humanum geminorum signum exorsæ sunt pueris à capite fluxiones ad fauces malignæ, ut infra dicam lethales, quæ iterum autumno eiusdem anni uiguerunt, uti etiam ueris tempore alterius anni 1619. & dirius autumno eiusdem, & hyeme 1620. Ambo enim hi anni calidæ, & siccæ, ut plurimum constitutionis fuerunt, rarius tamẽ æstate afficiebantur, tam uero dirius in autumno 1619. ut etiam ipso morbo adultiores homines mortem obirent.

Communiter uigebant Opthalmiæ, Variolæ, morbilli, Erysipelata, & alui fluxus plerũque salutares; fluxionibus duntaxat iam dictis, & pleuritide exceptis, ut plurimum perniciosis.

Præerant autem his fluxionibus malignis uehementes syncipitis dolores ponderosi, à quibus ferè soporabantur ægroti: aliquoties statim febriebant, aliquando progrediente morbo, sed omne: tãdem febrem patiebantur. Postmodum aliquibus erat, exquisita,

vel notha angina, alijs ſpiritus, anhelituſque in principio, & per aliqualem morbi partem liber aliquãtulum erat, nil tamen deglutire ſubſtinebant æſophago ferè obſtructo: aliquos etiam perſæpè vidi, etſi ægrè deglutientes, facileuè ſpirantes maligna tamen mori febre, vel ſtatim. Sed communiter his omnibus flogoſis in faucibus aderat, tum maximè ad palatum, Gargareonem, collaterales partes in palati confinio, tonſillas ad æſophagum, & aliquando etiam ad laryngis adnatas glandulas: quibuſdam viuidus color purpureus: alijs aliquando liuidus inerat; cæteris catarralis quædam fluxio benigna. At qui ad mortem ducebantur, triduo ad ſummum vlcerabatur os, pro vt diſpoſitum erat ad palatum, tonſillas, vel vuam, ac ſi ſale albo adſpergerentur vlcera, ita virus primum emanabant album, & craſſum pro ipſorum cruſtulis, quibus deterſis ſinus cutis profunditate non altior remanebat, qui vndequaque ſerpens iratus per os depaſcebatur intra cutem, & ipſius partis ſubſtantiam. Sed tandem pernicioſis in his caſibus nigreſcens abominosè per cubiculum olebat, & vitales ſpiritus vel extinguens, vel obſtruens; ipſorum vias interficiebat: quamuis aliquando prauus humor ad parothidas, vel ad pectus intro & extra decumberet, ac per nares corruptam, vicoſamque ſaniem, & corruptos ichores miſerrimi eijcerent cum pituita, non ſecus ac ore, quæ lædens aliquo modo palatũ in multis iã morbo liberis vocis articulationẽ abſtulit, phtiſi aliqua non etiã immunibus.

Omninò

Omninò his contagium non adest, sed sponte nascitur morbus, & non nisi saltem proximè dispositos temperamento humidiore, & frequentiori vsu corripit, (quod forsan alia ratione est, vt dicemus) cæteros ferè vel in eadem domu non affligit.

In Cœnobiis R.R. Matrum, & Sororum Monialium (quam sciam) nulla mortua est ex hac epidemia constitutione, quamuis omnes passæ sint, benigno tamen modo.

Tãdem cadauera trutinata caput omnino affectum habebant, vt ego vidi, nam quicquid in venis, ac cerebri ventriculis aderat, mucosum, putridumque, & male olens erat, viridem croceum colorem habebat, quale etiam quod per nares eijciebatur, et os, ac etiam quod ad pectus, & fauces fluebat in morbo.

Hæcq; de simplici historia dicta sint.

§. 2. De Causa.

Sed dubitatur apud Iuuenes, an hic morbus sit pestis, nempe λοιμὸς *ferè à verbo* λείπω *hominum defectum efficiens, nec à pasco verbo nomen pestis deducitur, vt Porto uidetur ex Gal. modum deficientiæ hominum pacto quodam tantummodo annuente. De qua etsi nullum librum peculiarem scriptum fuisse ab Hipp. testetur Gal. reddit tamen causam, cur non scripserit; omni existente peste in commum morbo epidemio: omnis vnde communis absolutè perniciosus, &* lib. 1. de peste c. 1. lib. 1. de theriac. ad pis. c. 16. lib. 1. de acut. 9. 3 epid. 2 cõtex. 26. 1. epid. 1. proœmio.

contagio

contagio afficiens morbus pestis dicitur excitatis locis: Additurque pesti conditio propria contagij, ex Arist. & Gal. indeque non sufficit contagiosum, & lethalem esse, nisi communis etiam sit ad pestem efficiendam, nã pestilentes poßunt eße morbi ex Gal. & nequaquam pestis. Hinc etiam patet aere medio contagij, uia pestem afficere, qui dum ad cordis usum inseruiat febrili passione illud lædat, neceßario lucet: rationemq; reddit Gal. substantiam tenuissimam, qualis est aeris, promptius accendi, ac uri humoribus, & solido corpore; at uidemus in peste facillimè appingi, statimque enecare: ergo neceßario dicendum aere medio ad cor, in quod ferè immediatè (uel inuitè) ad respirationem introit, quouè inflammato mori uult animal Galenus.

sec. 1. probl. 7.

l. 1. diff. feb. 2.

2. epid. 3. cont. 57.

l. 5. diff feb. 1.

1. diff. feb. 4.

Neque inde dicitur pestis, si ex hiatu aliquo eleuatus uapor malignus à naribus ad caput trahatur animales spiritus enecans, & hominem interficiens, dum persæpè talis morbus minime communis sit, & si communis eßet, potius uenenum, quam pestis diceretur. Quod forsan Ficinus perpendens postquam per uenenum pestem definierit, se ferè corrigit, non uenenum à forma illam dicens, sed putredinem ad uenenum aptam: nam aliter omnes immediatè subitoq; occideret: Verum enecans pestis (ut Gal. placet) magis, & minus, citò, tardèq; ad tempus, quamuis breue pro dispositis habitudinibus in corpore habitis, ita ut fortissimi aliquando duntaxat tantum superstites sint referat, idque fieri confirmat per putredinis excellẽtiam;

de Ant. epid. c. 1

l. 1. diff. feb. 4.

3. epid. 3. 58.

5. epid. 39.

Ne-

Neceßario meo uidere concluditur, pestem non esse uenenum ictu enecans; sed communem, perniciosumq́: morbum à contagio: idem ferè significans à contagio, ac ab excellentia putredinis à nobis adhuc medicis non satis explicata. Ceteraq́; à diuersis definitioni apposita, accidentalia magis videntur, quam propria pesti competentia, præter febrem, quæ modus est inuasionis.

Verum nè librum præter nostri intentum componamus redeuntes ad pensum, hunc morbum pestem minimè adhuc vsque eße affirmo, sed me iudice est (νόσος ἐπιδήμιος ἐκ τῆς ἐνδήμου διαθέσεως τῶν ἰδίων) *morbus epidemius ex endemia dispositione particularium: quo multi moriuntur. Nam omnino, vt plurimum, cum non intereant, pestis nequaquam videtur; neque dum contagio careat (saltem ad remotiorem dispositionem, vt Gal. vult, sed quandoque duntaxat ad particulares proximas) talis est. Dico autem morbum epidemium nempe communem per vrbem, & ferè regionem totam, non tamen adhuc pandemium, siue famosè publicum in Ciuitate, cum in prohabitato circuitu sint adhuc numerosiores domus non affectæ. Est igitur epidemius, quia communiter affligit morbus ex endemia Ciuitatis, & particularium dispositione, ideo non pestis, cumque nouiter excitus sit, vtique nec vernaculus, uel endemius. Sed cum dixerim epidemium esse morbũ ex endemia particularium dispositione, cogor etiam hãc explicare, si licet: idque nobis sit causarum morbi ali-* libro 1. diff.feb. 2.

C *qualis*

qualis introductio. Nec inde à nobis vacuè ſitus vrbis, temperies ac vernaculi in illa morbi enarrati videantur; nam omnis actus in patiente diſpoſito cùm introducatur ab agente, neceſſe conuenit patientis merita conſiderentur, ne irrita ſit agentis poteſtas, vel econtra reactio à valentiori effectu agentis nomen patienti ſubiecto tribuat, & non verſa uice, vt decet, & Ariſt. innuit. At ne limites tranſcendamus, dum medicum agimus hominem, ſufficiat à Gal. inſtrui, diſpoſitiones ad morbum ſummopere conſiderandas eſſe.

lib. 1. de ort. & int. c. 7. 3. epid. 3. cont. 19. l. 1. diff. feb. 4.

Vnde facilè aſſeritur temperatam Regionem Ciuitatemq; ad humidam Craſim, calidamq; vergentem, quo ad ſolum, ſitum, & aerem, nec non vt diximus, quo ad homines pro temperamento, vernaculis diſpoſitionibus & morbis affligi poſſe, non ſolum vt diximus fluxionibus, verum etiam epidemialibus corruptiſue inflammationibus: ſic enim docet Gal. diſpoſitiſſimam eſſe temperiem ad peſtem, peſtilenteſq; morbos calidam humidam, quam etiam corruptioni paratiſſimam alibi dicit. Vnde non mirum, ſi frequentius hoc in ſolo per æſtatem itinerantibus mutato aere circiter Neapolis regionem peſtilentes ſuccedant febres, & nequaquam alibi gaudentibus magis extrema, & intemperatiori craſi à calida & humida.

lib. 1. de temp. 4. libro 8. metho. cap. 7.

His igitur vrbis habitatoribus accidit, poſt animaliũ cladem (quæ fuit anno 1616. 17. & hyeme 1618) per ſequentes annos à vere 1618. 19. & currẽte hyeme anno 1620: vt dixi, tum maximè pueris, & ſimilibus.

libus temperamento humidioribus dictas pati fluxiones ad gulam, palatum, fauces, & os propter iam recensitas endemias dispositiones: sed à qua nam causa fuerint hæ dispositiones stimulatæ tam vehementer ad talem effectum producendum, dubium est non parum medicorum mentes exagitans.

At causæ Medicis considerandæ, cum variè a Gal. numerentur: nempe pro qua posita afficimur, & ablata cessat morbus, vel pro internè, vel externè nos alterantibus: physicam enim rationem sectantes omne id pro causa accipimus, quod partem etiam effectus producere potest: Indeq; diuidit generalissimum causarum genus in genera materia, vtilitatis, scopi, instrumenti, & vnde principium motus: quippe horum quodlibet non nihil ad perfectionem eius, quod fit cõducere potest, quæ verò nil inferunt, sed inferentes causas impellunt, ea causæ sine qua non, rationem obtinere asserit: Inter quas causas adhuc ordinem distribuens à prima progreditur affectrice aliam mouẽte, & similiter ab hac tertiam inferente, & sic de singulis ad effectum vsque, separans semper id, quod per accidens est à quo per se, nam causas sibi mutuo causas esse docet Arist. lib. 1. de loc. aff. 2. li. 1. meth. 8. lib. diff. sympt. 1 loco cit. li. 4. metaph. c. 2

Hanc igitur Galenicam causarum Oeconomiam sectari libeat à primo nempè calculo inferentes causas impellente, siue causa sine qua non. Et quidem ipsam inuenire vel perdifficile est, cum ad communes anni stationes, & tempestates recurrere nequeamus. Nam

flante Borea, vel Austro, Autumno, & Vere, Hyeme, & Æstate, & quacunque existente ipsarum constitutione ad duos iam exactos annos, currentemq; tertium sæuiat hic morbus indiscriminatim benigno, & maligno iugiter modo.

Nec obijciēdum videtur aduersis temperiebus annorum, & constitutionibus temporum eundem peragrare morbum, dum modò per se, modò per accidens à contrarijs causis isdem multoties sortiatur effectus: Nam ita, aut Vernaculus eßet morbus tanto persistens tempore variarum tempestatum, quod negandum est, cum nouiter saltem sit excitus affectus; vel acutior videretur morbus causa per se vigentiore facta, quibus eßet corpus illi comparatius, at videmus confusim omnes inuasos eodem tempore dissimili fruentes temperamento, ætate, & similibus, attamen similibus corripi fluxionibus mali moris morituros, & alios etiam dissimiles in dictis affligi pariter benigniori fluxione, à qua communiter (vt erat monialibus) liberabantur.

Ergo alia est dicenda causa sine qua non, siue impellens causas inferentes, quam anni temperies, & constitutiones: humidiores enim affecturus erat morbus, humida hyeme, sæuius præ cæteris flante humido spiritu, & in humidiori plaga, si ab humida eßet causa, & simili modo dicerem de cæteris temperiebus causarum per se: quod dum secus euenit, cōtrariumq; videamus, humidiores sicco tempore, & humido, hyeme,

me, & æſtate parili modo lædi; minimè à tempeſtatibus, quæcunque ſint, vel fuerint, morbum eſſe tãquam à cauſa, ſine qua non opinor, etſi aliqualis constitutio illam augere videatur:

Hinc alij putauere, non ſecus ac peſtis aere medio ad vicinas regiones peruenit: ita hunc morbum ad nos perueniſſe, vt refert Gal. ex quo Auicen. deprompſit: Modum certè facilè fuit adinuenire per ſemina putredinis in aere contenta, ſed hi adhuc multis obiectionibus non ſatisfaciunt. l. 1. diff. feb. 4. libro 4. fen. 1. trac. 4. c. 1.

Nam ſi ab Hiſpaniarum regionibus ventorum tractu excogitant fuiſſe hũc morbum, cum multis ab hinc annis Alphonſus de Ruicibus ibi illum viderit: vel è Brixia in qua viguiſſe refert Nicolaus Petera Anginam peſtilentem: aut tandem ab orientalibus plagis, vbi ſimilẽ ſcribit à Syria euenire Aretheus, vel Fuchſius & alij; ab ijs peto, quæ nam fuerit ibidem in regionibus prima cauſa impellens, vel ſine qua non; ſemper enim fouebitur morbus, ipſa vbique fuerit cauſa nos inuadens minimè extincta. Certè non adeſt fomes nobis à Gal. qui ſimilem memorat; nihilata ſunt ſemina putredinis in aere ab Aræthei vita, vel recentioris Fuchſij; remanet ſolum nos cauſam inueniamus. Cũq; ſimus in antiquo, ſed tantum excito nouiter morbo, libera nobis dicendi arena permittetur. Neque tamen ab Hiſpanijs reliquiſque Prouincijs orbis ad nos delatam paſſionem confirmo, cum nequaquam tubo aliquo ab illis nos afficiendi ſumus innoxijs medijs ciuitatibus: libro 1. morb. acut. c. 9 libro 2. meth. c. 3. lib. 3. præſ. pulſ. 4

bus: quin tractu aeris disperdi deberet omne putredinis semen, in aere contentum ex salubriore spirante
li.7.c.5. *aura Plinio auctore, tum maximè supra mare; vel saltem insulæ afficerentur mediæ; continuo enim subacto*
l.1. diff. feb.4. *solo à peste regiones inuadi Gal. docet: nec valet asserere non dispositas esse ad morbum, similibus fluxionibus persæpè alias correptas insulas: sed forsan dicunt aliquo fomite translatum nobis morbum, de quo inferius, cum de contagio.*

Alij credunt contagium à dicterio quodam per urbem traditione verbosa indicto, quod nempe etiam animalibus isdem accidisset morbus à contactu Iuuencorum ex Dalmatia ductorum, à quibus contactis morbida cætera euaserint animalia tabida, & extincta; imò mortua, & salita pro esca seruata homines comedentes pleuritide obierint, vel simili morbo calido in vere anni 1619. *sed nullum iacitur huic fundamentum opinioni, nec firmiter contagium huic morbo inhæret ægrotis, nec apertè per contactum, vel ad distãs: Nam aliqui eodem tempore in aliqua domu ægrotant, & commoriuntur, alij per vices longouè tempore ab altero alter inficitur; & quandoque in numerosa domu vnus tantum puerorum læditur, cæteris illæsis, & conuersantibus cum ægroto, eiusque rebus vtentibus; & medicum vel vnum scio, qui pastus sit lethaliter morbum, & quisque nostri Medicorum saltem centum medicatus est, dum iã mortuos, hoc morbo peremptos ad quinquaginta millia referunt adscendisse.*

Si

Si namque à propria morbi essentia cõtagium adesset, omnis quippe malignus, & pestilens esset, qui nisi lethalis omnino & perniciosus, saltem euaderent tantum ab illo fortissimi duntaxat corpore (vt diximus ex Gal.) vacuati, & similes. Neque etiam esset alio malignus morbus, alteri benignus, fereq; toto cælo ab altero diuersus, sed semper malignus inuaderet, æquo modo inficeret, & sæuiret; seruatis duntaxat robustissimis: at experti sumus alios sæuius, & malignius, alios benigna, & placida inflammatione corripi, vel tantum grauiore: ergo minimè contagium adest. Neque dicendum variè affligere pro ratione dispositionum, cum simillimos æquè viuentes persæpè tamen videamus correptos diuerso modo benignè, vel malignè: neque tot homines non conuenire possibile est in dispositionibus communibus communi morbo, vt tam pauci conueniant.

Quod si aliquibus contingat à tactu manus in ore ipsam inflammari, vel digitum, aut spiritu anhelitum affligi eodem morbo, id euenire dicam à particularis sæuiore putredine (si tamen accidisse verum est) & nunquam ab ipso morbo per se: Iam enim diximus ex Gal. absque peste pestilentes morbos, & conditiones dari posse; alia ergo petenda est ratio causæ sine qua non.

Hinc alij immediatas physicas rationes ignorantes Medici, de hac re cælum ascendunt, & fictas quasdam proponunt ratiunculas, in fide parentum credendas:

vel notha angina, alijs ſpiritus, anhelituſque in princi-pio, & per aliqualem morbi partem liber aliquãtulum erat, nil tamen deglutire ſubſtinebant æſophago ferè obſtructo: aliquos etiam perſæpè vidi, etſi ægrè deglutientes, facileuè ſpirantes maligna tamen mori febre, vel ſtatim. Sed communiter his omnibus flogoſis in faucibus aderat, tum maximè ad palatum, Gargareonem, collaterales partes in palati confinio, tonſillas ad æſophagum, & aliquando etiam ad laryngis adnatas glandulas: quibuſdam viuidus color purpureus: alijs aliquando liuidus inerat; cæteris catarralis quædam fluxio benigna. At qui ad mortem ducebantur, triduo ad ſummum vlcerabatur os, pro vt diſpoſitum erat ad palatum, tonſillas, vel vuam, ac ſi ſale albo adſpergerentur vlcera, ita virus primum emanabant album, & craſſum pro ipſorum cruſtulis, quibus deterſis ſinus cutis profunditate non altior remanebat, qui vndequaque ſerpens iratus per os depaſcebatur intra cutem, & ipſius partis ſubſtantiam. Sed tandem pernicioſis in his caſibus nigreſcens abominosè per cubiculum olebat, & vitales ſpiritus vel extinguens, vel obſtruens, ipſorum vias interſiciebat: quamuis aliquando prauus humor ad parothidas, vel ad pectus intro & extra decumberet, ac per nares corruptam, vicoſamque ſaniem, & corruptos ichores miſerrimi eijcerent cum pituita, non ſecus ac ore, quæ lædens aliquo modo palatũ in multis iã morbo liberis vocis articulationẽ abſtulit, phtiſi aliqua non etiã immunibus.

Omninò

Omninò his contagium non adest, sed sponte nascitur morbus, & non nisi saltem proximè dispositos temperamento humidiore, & frequentiori vsu corripit, (quod forsan alia ratione est, vt dicemus) cæteros ferè vel in eadem domu non affligit.

In Cœnobijs RR. Matrum, & Sororum Monialium (quam sciam) nulla mortua est ex hac epidemia constitutione, quamuis omnes passæ sint, benigno tamen modo.

Tandem cadauera trutinata caput omnino affectum habebant, vt ego vidi, nam quicquid in venis, ac cerebri ventriculis aderat, mucosum, putridumque, & male olens erat, viridem croceum colorem habebat, quale etiam quod per nares ejciebatur, et os, ac etiam quod ad pectus, & fauces fluebat in morbo.

Hacq; de simplici historia dicta sint.

§. 2. De Causa.

SEd dubitatur apud Iuuenes, an hic morbus sit pestis, nempe λοιμὸς ferè à verbo λείπω hominum defectum efficiens, nec à pasco verbo nomen pestis deducitur, vt Porto uidetur ex Gal. modum deficientiæ hominum pacto quodam tantummodo annuente. De qua etsi nullum librum peculiarem scriptum fuisse ab Hipp. testetur Gal. reddit tamen causam, cur non scripserit; omni existente peste in communi morbo epidemio: omnis vnde communis absolutè perniciosus, & contagio

lib. 1. de peste c. 1.
lib. 1. de theriac. ad pis. c. 16.
lib. 1. de acut. 9.
3 epid. 2 cõtex. 20.
1. epid. 1. procemio.

contagio afficiens morbus peſtis dicitur excitatis locis:
sec.1. p bl.7. *Additurque peſti conditio propria contagij, ex Ariſt.*
l.1. diff. feb.2. *& Gal. indeque non ſufficit contagioſum, & lethalem*
eſſe, niſi communis etiam ſit ad peſtem efficiendam, nã
2. epid. 3. cont. 57. *peſtilentes poßunt eße morbi ex Gal. & nequaquam*
peſtis. Hinc etiam patet aere medio contagij, uia pe-
ſtem afficere, qui dum ad cordis uſum inſeruiat febri-
li paſſione illud lædat, neceßario lucet: rationemq́;
l.5. diff feb.1. *reddit Gal. ſubſtantiam tenuiſſimam, qualis eſt aeris,*
promptius accendi, ac uri humoribus, & ſolido corpo-
re; at uidemus in peſte facillimè appingi, statimque
enecare: ergo neceßario dicendum aere medio ad cor,
in quod ferè immediatè (uel inuitè) ad reſpirationem
1. diff. feb.4. *introit, quouè inflammato mori uult animal Galenus.*

Neque inde dicitur peſtis, ſi ex hiatu aliquo eleua-
tus uapor malignus à naribus ad caput trahatur ani-
males ſpiritus enecans, & hominem interficiens, dum
perſæpè talis morbus minime communis ſit, & ſi com-
munis eßet, potius uenenum, quam peſtis diceretur.
de Ant. epid. c.1 *Quod forſan Ficinus perpendens poſtquam per uene-*
num peſtem definierit, ſe ferè corrigit, non uenenum
à forma illam dicens, ſed putredinem ad uenenum
aptam: nam aliter omnes immediatè ſubitoq́; occide-
l.1. diff. feb.4. *ret: Verum enecans peſtis (ut Gal. placet) magis, &*
minus, citò, tardèq́; ad tempus, quamuis breue pro di-
ſpoſitis habitudinibus in corpore habitis, ita ut fortiſ-
3. epid. 3.58. *ſimi aliquando duntaxat tantum ſuperſtites ſint refe-*
6. epid. 1.29. *rat, idque fieri confirmat per putredinis excellẽtiam;*

Ne-

Neceßario meo uidere concluditur, pestem non esse uenenum ictu enecans; sed communem, perniciosumq; morbum à contagio: idem ferè significans à contagio, ac ab excellentia putredinis à nobis adhuc medicis non satis explicata. Ceteraq; à diuersis definitioni apposita, accidentalia magis videntur, quam propria pesti competentia, præter febrem, quæ modus est inuasionis.

Verum nè librum præter nostri intentum componamus redeuntes ad pensum, hunc morbum pestem minimè adhuc vsque eße affirmo, sed me iudice est (νόσος ἐπιδήμιος ἐκ τῆς ἐνδήμου διαθέσεως τῶν ἰδίων) *morbus epidemius ex endemia dispositione particularium: quo multi moriuntur. Nam omnino, vt plurimum, cum non intereant, pestis nequaquam videtur; neque dum contagio careat (saltem ad remotiorem dispositionem, vt Gal. vult, sed quandoque duntaxat ad particulares proximas) talis est. Dico autem morbum epidemium nempe communem per vrbem, & ferè regionem totam, non tamen adhuc pandemium, siue famosè publicum in Ciuitate, cum in prohabitato circuitu sint adhuc numerosiores domus non affectæ. Est igitur epidemius, quia communiter affligit morbus ex endemia Ciuitatis, & particularium dispositione, ideo non pestis, cumque nouiter excitus sit, vtique nec vernaculus, uel endemius. Sed cum dixerim epidemium esse morbū ex endemia particularium dispositione, cogor etiam hāc explicare, si licet: idque nobis sit causarum morbi ali-* libro 1. diff. feb. 2.

qualis introductio. Nec inde à nobis vacuè ſitus vrbis, temperies ac vernaculi in illa morbi enarrati videantur; nam omnis actus in patiente diſpoſito cum introducatur ab agente, neceſſe conuenit patientis merita conſiderentur, ne irrita ſit agentis poteſtas, vel econtra reactio à valentiori effectu agentis nomen patienti ſubiecto tribuat, & non verſa uice, vt decet, & Ariſt. innuit. At ne limites tranſcendamus, dum medicum agimus hominem, ſufficiat à Gal. inſtrui, diſpoſitiones ad morbum ſummopere conſiderandas eße.

lib. 1. de ort. & int. c. 7. 3. epid. 3. cont. 19. l. 1. diff. feb. 4.

Vnde facilè aſſeritur temperatam Regionem Ciuitatemq; ad humidam Craſim, calidamq; vergentem, quo ad ſolum, ſitum, & aerem, nec non vt diximus, quo ad homines pro temperamento, vernaculis diſpoſitionibus & morbis affligi poſſe, non ſolum vt diximus fluxionibus, verum etiam epidemialibus corruptiſue inflammationibus: ſic enim docet Gal. diſpoſitiſſimam eße temperiem ad peſtem, peſtilenteſq; morbos calidam humidam, quam etiam corruptioni paratiſſimam alibi dicit. Vnde non mirum, ſi frequentius hoc in ſolo per æſtatem itinerantibus mutato aere circiter Neapolis regionem peſtilentes ſuccedant febres, & nequaquam alibi gaudentibus magis extrema, & intemperatiori craſi à calida & humida.

lib. 1. de temp. 4. libro 8. metho. cap. 7.

His igitur vrbis habitatoribus accidit, poſt animaliũ cladem (quæ fuit anno 1616. 17. & hyeme 1618) per ſequentes annos à vere 1618. 19. & currẽte hyeme anno 1620. vt dixi; tum maximè pueris, & ſimilibus.

libus temperamento humidioribus dictas pati fluxiones ad gulam, palatum, fauces, & os propter iam recenſitas endemias diſpoſitiones: ſed à qua nam cauſa fuerint hæ diſpoſitiones ſtimulatæ tam vehementer ad talem effectum producendum, dubium eſt non parum medicorum mentes exagitans.

At cauſæ Medicis conſiderandæ, cum variè a Gal. numerentur: nempe pro qua poſita afficimur, & ablata ceſſat morbus, vel pro internè, vel externè nos alterantibus: phyſicam enim rationem ſectantes omne id pro cauſa accipimus, quod partem etiam effectus producere poteſt: Indeq; diuidit generaliſſimum cauſarum genus in genera materiæ, vtilitatis, ſcopi, inſtrumenti, & vnde principium motus: quippe horum quodlibet non nihil ad perfectionem eius, quod fit cõducere poteſt, quæ verò nil inferunt, ſed inferentes cauſas impellunt, ea cauſæ ſine qua non, rationem obtinere aſſerit: Inter quas cauſas adhuc ordinem diſtribuens à prima progreditur affectrice aliam mouẽte, & ſimiliter ab hac tertiam inferente, & ſic de ſingulis ad effectum vſque, ſeparans ſemper id, quod per accidens eſt à quo per ſe, nam cauſas ſibi mutuo cauſas eſſe docet Ariſt.

lib. 1. de loc. aff. 2. li. 1. meth. 8. lib. diff. ſympt. 1 loco cit. li. 4. metaph. c. 2

Hanc igitur Galenicam cauſarum Oeconomiam ſectari libeat à primo nempè calculo inferentes cauſas impellente, ſiue cauſa ſine qua non. Et quidem ipſam inuenire vel perdifficile eſt, cum ad communes anni ſtationes, & tempeſtates recurrere nequeamus. Nam

flante Borea, vel Austro, Autumno, & Vere, Hyeme, & Æstate, & quacunque existente ipsarum consti-tutione ad duos iam exactos annos, currentemq; tertium sæuiat hic morbus indiscriminatim benigno, & maligno iugiter modo.

Nec obijciēdum videtur aduersis temperiebus annorum, & constitutionibus temporum eundem peragrare morbum, dum modò per se, modò per accidens à contrarijs causis isdem multoties sortiatur effectus: Nam ita, aut Vernaculus eßet morbus tanto persistens tempore variarum tempestatum, quod negandum est, cum nouiter saltem sit excitus affectus; vel acutior videretur morbus causa per se vigentiore facta, quibus eßet corpus illi comparatius, at videmus confusim omnes inuasos eodem tempore dissimili fruentes temperamento, ætate, & similibus, attamen similibus corripi fluxionibus mali moris morituros, & alios etiam dissimiles in dictis affligi pariter benigniori fluxione, à qua communiter (vt erat monialibus) liberabantur.

Ergo alia est dicenda causa sine qua non, siue impellens causas inferentes, quam anni temperies, & constitutiones: humidiores enim affecturus erat morbus, humida hyeme, sæuius præ cæteris flante humido spiritu, & in humidiori plaga, si ab humida eßet causa, & simili modo dicerem de cæteris temperiebus causarum per se: quod dum secus euenit, cōtrariumq; videamus, humidiores sicco tempore, & humido, hyeme,

me, & æstate parili modo lædi, minimè à tempestatibus, quæcunque sint, vel fuerint, morbum esse tãquam à causa, sine qua non opinor, etsi aliqualis constitutio illam augere videatur.

Hinc alij putauere, non secus ac pestis aere medio ad vicinas regiones peruenit: ita hunc morbum ad nos peruenisse, vt refert Gal. ex quo Auicen. deprompsit: Modum certè facilè fuit adinuenire per semina putredinis in aere contenta, sed hi adhuc multis obiectionibus non satisfaciunt. l. 1. diff. feb. 4. libro 4. fen. 1. trac. 4. c. 1.

Nam si ab Hispaniarum regionibus ventorum tractu excogitant fuisse hũc morbum, cum multis ab hinc annis Alphonsus de Ruicibus ibi illum viderit: vel è Brixia in qua viguisse refert Nicolaus Petera Anginam pestilentem: aut tandem ab orientalibus plagis, vbi similẽ scribit à Syria euenire Aretheus, vel Fuchsius & alij; ab ijs peto, quæ nam fuerit ibidem in regionibus prima causa impellens, vel sine qua non; semper enim souebitur morbus, ipsa vbique fuerit causa nos inuadens minimè extincta. Certè non adest fomes nobis à Gal. qui similem memorat; nihilata sunt semina putredinis in aere ab Aræthei vita, vel recentioris Fuchsij; remanet solum nos causam inueniamus. Cũq; simus in antiquo, sed tantum excito nouiter morbo, libera nobis dicendi arena permittetur. Neque tamen ab Hispanijs reliquisque Prouincijs orbis ad nos delatam passionem confirmo, cum nequaquam tubo aliquo ab illis nos afficiendi sumus innoxijs medijs ciuitatibus: libro 1. morb. acut. c. 9 libro 2. meth. c. 3. lib. 3. præf. puls. 4

bus:

bus: quin tractu aeris disperdi deberet omne putredinis semen, in aere contentum ex salubriore spirante li.7.c.5. *aura Plinio auctore, tum maximè supra mare; vel saltem insulæ afficerentur mediæ; continuo enim subacto* l 1. diff. feb.4. *solo à peste regiones inuadi Gal. docet: nec valet asserere non dispositas esse ad morbum, similibus fluxionibus persæpè alias correptas insulas: sed forsan dicunt aliquo fomite translatum nobis morbum, de quo inferius, cum de contagio.*

Alij credunt contagium à dicterio quodam per vrbem traditione verbosa indicto, quod nempe etiam animalibus isdem accidisset morbus à contactu Iuuencorum ex Dalmatia ductorum, à quibus contactis morbida cætera euaserint animalia tabida, & extincta; imò mortua, & salita pro esca seruata homines comedentes pleuritide obierint, vel simili morbo calido in vere anni 1619. sed nullum iacitur huic fundamentum opinioni, nec firmiter contagium huic morbo inhæret ægrotis, nec apertè per contactum, vel ad distãs: Nam aliqui eodem tempore in aliqua domu ægrotant, & commoriuntur, alij per vices longouè tempore ab altero alter inficitur; & quandoque in numerosa domu vnus tantum puerorum læditur, cæteris illæsis, & conuersantibus cum ægroto, eiusque rebus vtentibus; & medicum vel vnum scio, qui pastus sit lethaliter morbum, & quisque nostri Medicorum saltem centum medicatus est, dum iã mortuos, hoc morbo peremptos ad quinquaginta millia referunt adscendiße.

Si

Si namque à propria morbi essentia cõtagium adesset, omnis quippe malignus, & pestilens eßet, qui nisi lethalis omnino & perniciosus, saltem euaderent tantum ab illo fortissimi duntaxat corpore (vt diximus ex Gal) vacuati, & similes. Neque etiam eßet alio malignus morbus, alteri benignus, fereq; toto cælo ab altero diuersus, sed semper malignus inuaderet, æquo modo inficeret, & sæuiret; seruatis duntaxat robustissimis: at experti sumus alios sæuius, & malignius, alios benigna, & placida inflammatione corripi, vel tantum grauiore: ergo minimè contagium adest. Neque dicendum variè affligere pro ratione dispositionum, cum simillimos æquè viuentes persæpè tamen videamus correptos diuerso modo benignè, vel malignè: neque tot homines non conuenire possibile est in dispositionibus communibus communi morbo, vt tam pauci conueniant.

Quod si aliquibus contingat à tactu manus in ore ipsam inflammari, vel digitum, aut spiritu anhelitum affligi eodem morbo, id euenire dicam à particularis sæuiore putredine (si tamen accidiße verum est) & nunquam ab ipso morbo per se: Jam enim diximus ex Gal. absque peste pestilentes morbos, & conditiones dari posse; alia ergo petenda est ratio causæ sine qua non.

Hinc alij immediatas physicas rationes ignorantes Medici, de hac re cælum ascendunt, & fictas quasdam proponunt ratiunculas, in fide parentum credendas:

das: Ædepol Medicis indignas, qui sensati Philosophi esse debent.

Inter quos quidam est Medicus audens Cometis causam huius morbi referre, qui cum accendi incœpissent satis post sæuientem morbum, minimè quidem illi credendi locus permittitur, dum nunquam dentur ante causam effectus.

Sed dicto iam alij peritiores Astrologi putant luminarium synodo in libra celebratæ anno 1614. *die* 3. *Octobris horis quibusdam à meridie morbosum affectum tribuendum esse, vt quæ eius semina iniecisset. Nam perdurans ipsius effectus ferè ad quatuor annos, cum quasi per quatuor horas visa fuisset, intra eorum spatium fuisse morbum asserunt: quod si dein prorogari effectus sit visus, vltra annum* 1618. *Lunæ Ecclypsibus Cometis dictam Synodum subsequentibus, & dictis super coniunctionibus malignis iacta semina citantibus tribuunt morbi causam.*

Sed quid hæc ad Medicum, cum nullus viuat tam doctus Astrologus, qui appositè indiuidua futura sciat, & nisi à parte post causam appingat. Nec mirum iecit Ptolomeus fundamenta vniuersalia, & generalissima, neque ad specifica descendit artis, cum infinitæ propemodum sint cœlorum, & stellarum positiones in nobis agentium, & ratione vniuscuiusque rei particularis sit positio; quas nec homo quidem non solum perscrutatus est, sed certè neque numerauit tantus. Non tamen ideo spernenda est scientia à Medico, con-

cursus enim causarum multoties ab illa daret etiam immediatarum naturalium; sed Medicum agentes liceat explorare physicam rationem. Cent. 7.

Igitur dum morbi causa non sit aeris constitutio, nõ communicatum contagium ventis, vel alio fomitis modo; nec dicendum videatur fuisse non cremata mortuorum animalium corpora iam comesta à mendicis adhuc sanis, vel pleuritide mortuis, vel à canibus deuorata, ita vt putredini non peruenißent, & publica corruption; Neque demũ cogitandũ fuisse à ventorum multitudine frequenti, cum ijs saltẽ spirantibus uigere duntaxat morbus deberet animalibus, & hominibus simul, quod secus accidit. Ergo remanet propriam nostram opinionem in re tam dubia; non secus, ac ardua aperiamus.

Ego namque reor à Gal. edoctus huic epidemiali morbo communi communem eße causam, forsan ab ipsomet recensitam; non quidem à ventis, vel Constitutionibus nos alterantibus, sed (à charonijs ferè baratris) à viscerum terræ hiatu quodam insensili malignam exhalationem eleuari, quæ sit huius morbi inferentes causas impellens. 1. epid. in proœm.

Hanc enim pestem quandoque Roma similem vidit tempore Q. Curtij, similemq; narrat T. Liuius anno mundi 3550. à Solis terræ motibus: item similẽ eueniße narrant tẽpore Sixti II. Põtificis, per totam Asiã, & anno mundi 3621. auct. Tit. Liuio. l. 4. de cad. 1.

Regula namque est Auic. putredinis nempe euenti- l. 4. f. 1. T. 4. c. 1.

bus ignoratis ex interioribus terræ quandoque accide-
Cent. 7. *re, quam etiam Amatus Luſitanus affirmat Scopij peſtem enarrans anno Domini* 1 5 5 9. *aliquando flatum, ac pernicioſas exhalationes (referens) in ampliſſimis terræ cauitatibus collectas per exiguam poſtmodum, & leuem terræ concuſſionem vix ſenſilem, aut per alios conceſſos ſibi terræ poros, vel meatus ad exitum exhalantes aerem inficere poſſe: Et ratio in promptu eſt, nam vapores vel exhalationes diu ſub terra contentæ pernicioſam acquirere naturam adſoleſcunt, vt ēt latas regiones offendant, vel ſi paucæ illæ ſint exhalantes ex occultis locis, vel anguſtis; ſic ſolet contingere, tum maximè in ſepulchris, vt refertur milítibus M. Antonij accidiſſe explorantibus Auidij Caſsij Theſaurum, & particulariter Puteolis perſæpe videmus.*

Subterraneus enim ignis, qui quandoque exhalans, vt in Ætna, Lipara, Æolia Inſula, olim Væſeuo, & hodie Puteolis nobis abundè patet, & quem Ariſt. nouit in Libello de mundo; ſi quando accidat, vel accludi, vel in aliqualem agere ſubterraneam materiam vna ſimul iraſci terræ motibus, biatibus, uoraginibus, ſonitu, flagoribus, & flammis experimur. Nam ſequentia elementa qualitatum paſſiones ſemper ſe inuicem agere patet; & inde intra terræ poros, meatus, uel cauitates retentus aer, ſeu uapor facilè aqueſcit, ſi à frigido continente amplexetur; aut ſi ſicciore alueo contineatur, fit aer, qui ſi motu uehementiori agitetur,

tur, ignescit; vel si omnia simul agant, confunditur actio communis omnium imperfectaq; fit generatio mixtorum subterraneorum fumosa, vaporosa, mixtim flammigera, fuliginosa, & his similis; Hinc apud meteorologicos voraginum, flammarum, fluminum, & montium quandoque origines, & huius generis cæterorum describuntur.

De quibus cum nostri non sit hoc loco tractare, sufficiat tantum asserere, in præcedenti terræ concussione (siue enim quæque fuerit illius causa nil interest; an nempe aerea, ignea, vel Anaximenis inuentum) spiritum exhalaße è terræ poris, & meatibus de visceribus terræ interioribus ad nos malignum, corruptum, & putredinosum. Qui vel sit fuligo, an fumus, vapor an exhalatio, vel halitus in posterum dicemus: interest hic duntaxat annuere, quod compactum ex non cognatis miscibilibus putridum, corruptumque esse: ac multus cum fuißet, vt supra diximus, in historia, perseuerat adhuc expirans per iam factas, paratasque sibi vias, vel nobis insensiles, & aerem inficiens: morbiq; huius epidemij, etiam causa sit sine qua non:

Sicque hyeme expirans craßus, & aquarum copia lotus ad veris vsque tempus effectus non indicauit hominibus, sed lentè, cum adhuc crassior, vti etiam æstate sequenti; autumno verò, & hyeme sequentibus, iterum ferè hyemis, & autumni frigore, & pluuijs sepultus spiritus non sæuijt, vti Vere sequenti 1617.

in animalibus: Anno uero 1618. uel hyemis tempore iratior è terra surgens acutior oues, & sues adfecit; at quia hyems erat, non ad homines euolauit, vti vere adueniente solutior factus ab aliquali crassitie, & humiditate, quibus erat hominibus dispar, & ferè ponderosior ad nostrum anhelitum non accedens.

Qualis etiam persequens exhalare subtilior similiores semper affecit etiam sicciores calidos: hinc per æstatem ferè dissipatus calore non lædit: at per hyemē, & autumnum vti violentior aeris crassitiem transuolat, & lædit homines vti hyeme currentis anni 1620. *Cæterum quæ circa asserta dubitantur problematum occasione soluam, relictis tamen dubijs, an à maleficio, vel aliaue non naturali causa sit morbus.*

§ 3. Varia soluuntur.

SEd pestem in qua animalia commorirentur meminit Hippocrates Arthaxerxis tempore: at in qua ante fuißet animalium mortalitas, narrat Homerus.

In epist. 1. Ilia. 1.

Mulos quidem primū inuasit, & canes ueloces,
Sed postea in ipsis sagittam mortiferā immittēs
Feriebat: sēper āt Piræ mortuorū incēdebātur.

In hac enim peste nos docet Homerus non ab aere, sed à terra eius fuisse causam, dum ante homines gressilia non volatilia morirentur animalia: hoc namque tutum signum pestium causas noscendi è terra, vel ex aere eße tuebatur Aetius: Et forsan ideo memorat

ser. 5. c. 95.

Homerus

Homerus ignes circa sepulchra, seu exhalationes à terra eleuatas, & cadauerum putredines vrentes. Tam etiam frequenter hæc mortalitas brutorum gregalium hominum pestes anteire solet, vt Didymus ex Apollodoro notet, ideo Pastorem fingi Apollinem, nam iratus prius in pecora sæuiat, cæteraue animalia. Docet etiã Ammianus Marcellinus à terra exurgere exhalationes malignas animalia necantes, & postmodum homines tanquam causæ efficienti proximiora. lib.19.

Verum nos speculemur si placet, cur in Homeri enarrata peste muli & canes, & sectorum vnguium ante nostrum epidemium morbum animalia affecta sint! Cui problemati forsan Ficin. ratione constellationis, aut cœlestis signi id accidere responderet: cur nempè hanc animalium speciem, & non aliam illa pestis, & noster morbus læserit, vel vt Platonicus idem concederet ex Thimæo aßerente Platone (denique cum vniuersum constituißet, astris parem numerum constituit animarum, singulis singulas adhibens, eisque tanquam vehiculo impositis monstrauit vniuersi naturam, ac leges fatales edixit) quamobrem omnes cõcedunt Platonici Ideas specierum tanquam animalium animas nempe specificas formas in suo quoque astro dominante reseruari, quod munus habeat fatale illis indiuiduatim vitæ, & necis iuxta paritatem speciei, quam possidet, ipsoque affecto vna simul affici dominatam viuentium speciem confirmatur. Talique pacto perbelle soluitur quæstio proposita, à stellis nempe pende- in Ant. epid.c.2

re

re hanc læsionis varietatem animalibus, sed cum deceat Medicum sensate naturalia rimari, hos faciamus omissos physicam magis rationem amplectentes, quæ sic progreditur.

Vel causa est in illa peste Homeri, *& nostro morbo eadem specie in modo agendi, & subiecta passa diuersa, vel eadem subiecta passa sunt, & diuersa causa specifica in modo agēdi: at iā diximus, & dicemus inferius modū speciei agendi esse eundem; ergo remanet dicenda passa subiecta esse diuersa, saltem quo ad patiendi modum: At videmus animalia differre per Aristot. vita, actione, partibus, & moribus, ergo videndum quid inter se differant in his canes, & muli ab animalibus sectorum vnguium. Sed cum has differentias meliori philosophia vtens Gal. in numero minores perstringat, nempe temperiem, siue naturam, ex qua vita, actiones, mores, & partes proueniunt, vt in lib. de tēperamen. de placit. & quod animi mores fusè probat, ipsorum animalium temperierum diuersitatem indagemus, ex qua tandem habebimus causam differentiæ passionis, & relationis, siue renitētiæ ad pestem, siue morbum.*

lib.1.de hist animalium cap.1.

lib.1.de temp.6. li.2.simpl.med. facul.c. 20. lib.simpl.med. fac. 11. c.1. 3.de vsu par.c.5.

Canis igitur naturam siccam proponit Gal. tum ad hominis respectum, tum inter animantia, nec non etiā calidam siccam Leone minorem; sic propè calorem, & siccitatem canis est mulus, ex equa & asino natus, vt Gal. memorat 2. lib. de sem. cap. 1. Hinc ex Gal. apparent dexteri, cursores, & similes, reddens rationem,

cur

cur in digitos canibus diuisæ sint manus, & non equis; Hinc & mulis vita longæuior, & canibus odoratus, velocitas, mores, & partes consimiles conceduntur tẽperamento calido sicco.

Econtra, oues, sues, boues, & similia ad nostri respectum, & inter se considerat Gal. & quia nos nutriunt, nobis similia sunt calore, & humiditate; magis tamen & minus differunt erga nos temperie, & inter se: sic omnium humidissimam carnem proponit suis, post ouillam, deinde caprillam, denique bouinam, atque in caloris vltimo debilitatis loco ponit bouis exe-cti carnem, hoc calidiorem dicit Taurum, quo magis canem, & demum Leonem. lib. 11. med. facul. c. 1.

Differunt ergo Muli, & canes ab ouibus, capris, suibus, & iuuencis, nam illi calidi sunt & sicci, hæc vero animalia magis & minus humida, & aliquo pacto nobis calidiora: Hinc patet musculosos esse canes, carnosos mulos, & istis pinguiora animalia prius dicta, dum adipe & sæuo pinguescant propria natura, & illi nunquam teste Arist. qui ponens regulam ait, animalia, quæ vtraque ex parte dentes habent (nempè minime cornugerentia) adiposa fieri, quæ verò vna ex parte dentes sortiuntur, & cornu decorantur sæuo augeri: & quæque numerans mulos, & canes excipit, qui vtraque ex parte dentati non tamen adipe onerantur: quod si inter hæc equum numeret, non mirum, cum quandoque bifidum pedem illi concedat Aristot. non secus ac suibus econtra solidum: sed concedamus lib. 3. de hist. animalium c. 17. libro 3. par. animal. c. 2 lib. 2. de hist. animal. c. 1

adipo-

adiposum eße equum, dum etiam aliquos ferinus hic morbus noster oppugnauerit: & segregemus tantum modo bifida vngulata siluestriora semper domesticis sicciora, vt Ceruus, & similia.

In Homeri igitur peste diuersæ exhalationes à terra expirantes, quam nobis hisce annis, diuersa etiam animalia affecerunt. Sunt enim proxima instrumenta omnium transmutationum vapor, & exhalatio ex li. 1. meteor. c. 3 *Arist. ex quibus fiunt fuligines, & fumi: vti namque* li. 2. meteo. c. de ventis. *extenuato humore fit vapor, ita parili modo vapore magis tenuiore facto fit fumus; qui diuerso modo extenuatior factus, uel ventorum est materia distractus, vel dissipatur in nihilum, seu (verius) in aerem mutatur: econtra verò, si eueniat exhalatio, quæ nil aliud est, nisi vrens vapor, siue ipsemet vapor prior dictus, sed propter adnexum ignem ueris mutationibus ineptus, tũ propter pabulum cõtentum ab ipso igni aptius, tum propter oleosam humiditatem, quam retinet crassiorem, qua euadit ignis tenacium subiectũ; hic igitur uapor, uel exhalatio, si tenuior paulo se ipsa euadat;* li. 4. meteor. *ferè etiam fumus dicitur, at magis exusta, siue subtilioribus partibus in ignem subtiliorem, uel flammam resolutis fuligo generatur ex reliquijs, crassioribusque partibus, ut Arist. annuit. Horum autem proxima materia nullum quidem simplex est elementum, uti ex combinatione patet, nam ab aqua simplici nequit eße quidem, dum si calefiat, aerem producit, qui tamen non* li. 2. meteor. c. de vẽtis *nisi à terra madefacta eleuari docet Arist. Ergo forsan*

Arist.

Arist. melius docet Gal. ab aqua & terra mixtim eleuari altero tantum dominante magis, & minus, quod ferè Olimpiodorus notat ex Platone, vnum simplicem dari vaporem; & verè Medicis aptior est doctrina, & inde nos sub nomine spiritus, vel halitus ipsum vocabimus. li.8.metho. 5. li.1.mete.lec. 5

Qui spiritus acutior, sicciorue Homeri tempore pinguiora animalia macie forsan duntaxat afficiebat, & magis iam interim (vt dispositiora igni) sicca, calidiora'ue perimebat. E cõtra nobis, nostroue seculo oleaginosior eleuatus à terra circa vnctuosiora se alligauit, & vssit; at vbi comparatum sibi pabulum non inuenit oleaginosum, vel nihil serpit, vel lentè sæuit pro gradu suæ dispositionis inuenta. In tenui enim subtili, siccoue subiecta inhærens ignis statim percurrit, & deuorat similia sicca, & minimè crassum vrit, & oleosum, quod aliquali sui humiditate illum obtundit: at econtra ubi tenax est flamma, & in densiori subiecto ardens simile crassum flagore debaccatur, tum ratione moræ temporis pro consumptione pabuli, & similitudinis causa, tum quia patientis subiecti pori oleositate obstructi uidentur, & non longi, uacuiue, per quos ignis excurrere possit. Quando enimuero crassum, oleosumque est patiens à simili ignita materia etiam omne tenue dicto in subiecto permixtum simul comburitur, quod non item accidit à tenui igne percurrente crassũ subiectum, ipsoque debili; nam si quid in ipso subiecto tenue est, à simili igne comburitur, uix modo cale-

libro 1. diff. feb. c. 1.

facta tantum craſſa materia. quod ferè Gal. docet, & teſtatur experientia accenſis in ephemera ſpiritibus, & non humoribus tanquam à paruo igne, & iterum accenſis humoribus in putrida febre vna ſimul cum ſpiritibus ferè à validiori flamma.

li. 4. meteor. c. de elixat.

Summopere poteſt hæc ratio apud Ariſt. nam vti torrentur vſtibilia diſpoſitiora, vt prædita vacuis, longiſque poris à calido ſicco: & à mitiori calore humido elixantur magis vnctuoſa, vel humida poris obſtructa: ita à calido ſicco perurente ſicciora animalia fuerunt combuſta in Homeri *peſte, & poſtmodum ſicciores iuuenes, & viri ex ſubtiliori facto ſpiritu, à quo non diruta fuerunt humidiora, etſi aliquo modo tabeſcerent, refracto agente ab humido ipſorum; ſic etiam in noſtro epidemio morbo facilius ferè elixari videmus (vt ita dicam) humidiora corpora ab oleoſiori ſpiritu vrente. Sicuti enim promptius quid torretur, quam elixatur, ſic etiam viceuerſa ignis renitetur ratione propriæ ſubſtantiæ, ut ſupra diximus; & eodem modo ipſe agens calor in conſimile ſubiectum magis tranſuolat, & ſedet: quamuis urente ſubiecto craſſiore tenuia comburantur, et non uiceuerſa; nam ſubterfugit nunquam accenſionem tenue ſubiectum in craſſo ardẽte admixtum ab igne craſſiore: ut etiam benè deſtruitur craſſo immixtum, illæſa ferè craßa dẽſioreque materia, ſed à tenui, ſubtilique tantum igni.*

Igitur redeuntes ad orationis filium dicamus cum animalia ungulata biſida calida, humidaque ſint adi-

poſa,

posa, et inde unctuosaque videantur ex Arist. et Gal. ac experientia constet, si aßetur oleo perfundi vngues, et ferè liquari adeps, quo multoties tabidi priuati unguibus aduncis fiunt, vt notat Hipp. & Gal. qui si aliquando siccissimos vngues vocet, respectiuè id dicit. Hacq; ratione patet à sicciori halitu, Homeri tempore sicciores viuentes necatos eße, nostro autem in morbo hoc crassiores adipe ab oleosiore spiritu vrente. lib. 1. de loc. aff. c. 5. lib. 2. de temp. 3.

Verum cur non eodem tempore, quo animalia patiebantur, homines non item pestem & morbum paterentur Homeri, & nostro tempore, sed post canum & mulorum necem Iuuenes periere, vel alij omnes pestilenti febre in illa, post autem animalium casum in nostro morbo pueri, & post modum etiam adultiores inuasi fuerint?

Pro cuius solutione supponenda est semper pestis, aut morbi ætas vniuersalis quãdoque à Gal. lõgissima enarrata quæque annos plures exceßerit: qua posita pestis ætate facile quidem est dicere, intra ipsam morari principium, augmentum, vigorem, declinationem, & finem effectus, ac causæ ipsius; intra quos terminos etiam modo variari causam omni philosopho patet: & inde concedi nobis videtur leuius augumento eße principium, quo grauior status, hoc minor declinatio, quorum temporum omnium minima est finis in effectu, cum causa sit, quæ in effectu resoluatur, & mutuò se consequantur ex Arist. libro 3. epid. 3. cont. 72 6. epid. 1. cõt. 29 5. meth. c. 12.

Hinc visus est noster morbus in animalibus lentus lib. 2. de demõst. c. 17.

in vere 1616. sæuior vere 1617. minor vere 1618, & minimus 1619. & ni causa vrgentior iterum hias è terra fiat, iam finem speramus. Cur autem in veris temporibus emicuerit magis hic morbus animalibus, patet ratio ex Hip. citante carmen:

lib. 1. de artic. 28

Sicuti quando redit gratum uer Bobus in orbem; nam una ex parte cum sint dentati hyeme minutiores herbas nequeunt prehendere, ut mandant, & potius in stabulo manent; sed uere iam grandiusculis herbis pascuntur; & in aerem incidunt malum terræ proximiorem, ac lædentem: quò etiam modo non solum uere, sed etiam hyeme mulos & canes occurrere in illum ipse fatetur ibidem Gal. unde promptius, ut in Homeri peste, quam homines ij læsi fuerunt; homines enim ut statura eleuatiores non ita statim eleuascentibus è terra halitibus incurrunt, ut quadrupedia.

Imò in nostro morbo longum post tempus humanum genus fuit affectum: nam etsi terræ motu exhalarent è terræ poris, & meatibus sæuiores spiritus, non tamen illa tantum concussione resoluti fuerunt, sed continuò iterum semper expirant, ut in longum tempus protracta sit affectio, non tamen statim sæuijt cum hyeme 1616. ferè lauabantur ab aquis, et retusi non ita afficiebant: sed adueniente uere, exiccatisque aliquantulum pluuijs calidiore tempore graßari incæpit ipsorum spirituum exhalatio per insensiles terræ poros, et factis uijs in terra medio terræ motu; at quia (ut diximus) causa in principio erat, lentè sæuiebat, tum quia craf-

sior erat, cùm etiam quia parum subleuabatur eadem ratione: itaque circa disposita dicta animalia vere 1616. debaccata, sed lentè fuit; quæ iterum æstate eiusdem ventis dissipata tenuiore effecta non ita infecit, vti neque autumno, & hyeme sequentibus, cum iterum sit causa repulsa crassior sub terra ab aquis lota in aqueum ferè fumum retorta. Vnde altero vere anni 1617. cum tractu temporis iam expirassent crassissimi spiritus è terra, & alij subsequerentur halitus minus crassitie imbuti ad animalia inficienda aptiores, vigor fuit, (quasi vigente causa) necis animalium in æstate etiam perdurantis ob multitudinem ipsorum expirantium è terra halituum. Nec me latet per totam Italiam ferè hanc mortalitatem beluarum percurrisse ob etiam expirantes spiritus, vel à prodigioso excitos terræ motu (ubi fuit) uel à soli raritate; sed denuo historiam adeamus. Hyeme anni 1618. quamuis iterum descenderent euolati spiritus ad terram, à qua discesserunt (ob enim aliqualem tenacitatem non ad longum distrahi patiebantur in infima aeris parte) & propter etiam nouum aliquem ascensum dictorum à solo bobus tenuiora animalia fuerunt correpta, uti oues erant et sues, quæ partim eodem morbo, partim unguibus corruptis interficiebantur pro ipsorum dispositione: nam ferè adhærentes halitus crassi in superficie terræ magis ungues combusserunt tenuiores in similibus animalibus, quam vngues duriores boum; magisque hæc animalia inuaserunt halitus, tum quia sues

summo

summo ore aliquantulum terram fodiant, tum quia oues minutiori dentitione vna ex parte prædita pascentes herbulas in hyeme euellunt, sic igitur hæc animalia fuerunt læsa, aliquo tamen boue non excepto.

Sed vere anni 1618. viguit morbus in pueris ob exurgentes spiritus è visceerum terræ vijs ijsdem, per quas anno elapso expirantes erysipelata, & quæ in historia recensuimus genuerunt: sed modo subtiliores hi spiritus exeuntes à solo tum maximè illius anni persqualidi (testibus cometis, & montis scissione commemorata) eleuatiores fuerunt sursum ad homines, hac tamen differentia, quod si aliqua earum portio infimè remaneret crassior boues inficeret, si minus craßa, oues & sues; vt plurimum verò uigente causa tenuiore, ipsam crassiora subiecta subterfugiebant, illique renitebant, & solum pueri, vt medij temperamento viris siccis, & crassis dictis animalibus affligebantur etiam per æstatem, sed minus tamen ob dissipationem illorum à calore, vti sæuius in autumno eiusdem, & prima parte hyemis 1619. vere & æstate eiusdem: sic tamen vltra modum autumno eiusdem, & hyeme 1620. vt adultiores etiam homines perimeret acrius exhalantibus à terra spiritibus dictis.

Cur autem Hispanijs, & alibi fuerit hic morbus, absque præcedentibus animaliũ notis mortiferis? contraria ratio est iam supra descripta: vt enim per Italiam craßo eleuato halitu absque sequente hominum nece mortua sunt tantum animalia, ita alibi vbique

fuit vel calidius solum, contentusq; halitus calidior ab ipso expirans, vel oleosior materia è solo succoso prolifico eleuata, animalia vti crassiora transuolauit, & magis sursum sibi aptiores homines infecit illæsis (dicta ratione) relictis animalibus: vbi verò vtrumque aderat; vti temperatius solum Neapolitanum, vtrisque accidit animalibus nempe & hominibus: tum maximè in quo terræ motus apertius vias halitibus præbuit, vt patet ex scissione murorum satis ante terræ motum, & montis casu iam dicto post illum. Hæcque de causa impellente alias inferente dicta sint.

§ 4. De essentia morbi.

SEd quo autem modo in nobis agat Medici muneris est perquirere, ac aeris alterationes, & humorum nostrorum ab exhalationibus dictis enarrare. Et dũ supra diximus ab interno spiritu igneo in exhalationes resoluto ipsos nos affici, id fieri non posse, nisi aere medio probandum videtur; nam aqua vti densa, & in qua non viuant dicta animalia more piscium, & nisi ad potum ea vtantur, ab ipsa communicari non posse patet, cum summopere eorum ventres ab ipsa paterentur epota, quam caput, vt in casu nostri morbi videmus: Neque pari ratione sola terra potis fuit morbo nos afficere, vel animalia; dum neque necaßet ea, quæ cæca in ipsa teguntur, & viuunt, neque ipsa comedatur; quibus adde omnino horreri ab animalibus

gres-

gressilis generis aquam, vel terram noxiam, an quia odoratu nos vincant, an quia magis eas obtrectent, & solum aeri, vel innita se obijciant. At si dicatur ab aqua non secus, ac è terra in aerem subterraneum spiritum exilire, iam nostrum opinari confirmatur in ipso, quem proposuimus, aere redacta causa; et si dubiũ uideretur ex densiori aquæ superficie exhalationem expirare, ut diximus calidam, & non extingui per elementi transitum, cum quo nulla adsit cognatio: dum enim tremere, ac ferè ebullire conspiciamus flumina, & mare sæpius; ut clarius in terræ motu patet dubiandum non est.

Ab aere ergo immediatius nos alterari in hoc epidemio morbo patet ex dictis: nec mirum sit tanto temporis interuallo, dum ad tres annos ex simili causa narret T. Liuius Romæ pestem perdurasse: sed faciat libro 4. decad. *Deus impetrantibus Diuis nostris protectoribus Ianuario fidei orthodoxa adhuc uiuente teste martirij, nõ secus, quam adhuc spirante occulto martyre loquente calamo, & doctrinis Thoma de Aquino, Agnello & socijs, ut extinguatur hic spiritus expirare, & non sequatur, ut in Hispanijs uidimus quadraginta ab hinc annis iugiter expirasse ferè.*

Verum circa aerem philosophandum uidetur, alteratus ne sit, an putridus corruptusue, & quomodo particulariter animalia, & nos afficiat. Quamobrem (ne de putredine, uel de corruptione longior sim) breuiter dicam; quoduis mixtum uel elemẽtum suam seruare

crasim, cum ad quæque pro suis destinatis muneribus, rite valeant, vt Gal. censet: sed cum naturam seruare lib. 1 de temp. 6. *consistat in qualitatibus actiuis, passiuisq; rite appositis immiscibilibus propriam symmetriam conflātibus, hanc methodum sequuti dignoscendi causa aerem, erimus à priori venaturi naturarum seruationem, à qua non seruata, aere lædamur.*

Iam certè primæ qualitates actiuæ in vno quoque mixto internæ à modo proprio naturæ sibi conuenienti alteratæ principium corruptioni faciunt ex Arist. me- libro 4. meteor. c. 1. *dijs cruditatibus, putredinibus, et tum maximè quādo actiuæ qualitates dominantur, & ab humiditate siccum circumscribitur; vnde ignem duntaxat non putrefieri concludit, dum summè retineat proprium calorem, & humiditate omnino careat: Quem Philosophum insectari videtur Gal. ferè ad verbum: corpori-* libro 5. med. facul. 6. *bus sanis nullam superfluam admittēs humiditatem, omnia æqualia seruantibus; vti econtra in putrefacienti, siue præter naturam alterationi in corpore ægro illam concedit: confirmans ædepol, quod qualitates, quæ debent in mixtis dominari, vel elementis, vt sana sint minimè superiores euadant.*

Sic pari modo non sufficit has qualitates apponere simul, vt mixti natura seruetur, & si gradum suæ naturæ conuenientem inueneris (fælix Alchimia, si tali modo se res haberet) ad sensum enim hoc modo tantum vnam efficies mixti naturam, vt Gal. indicat; nam lib. 1. elem. c. 3. m. 2. *etsi alibi ex Hipp. mente dixisset omnia ex qualitatibus*

li.1.de gen.t. 90. *constare, cōmentaria tamen consulit Aristot. circa Hip. verba aßerentem veram mixtionem ex miscibilium alteratorum vnione fieri. Ergo ad aeris naturam seruandam concurrunt qualitates, vti accidentia iuxta gradum suæ naturæ conuenientem, & secundo uti materia concurrunt miscibilia ipsa, vti accidentium subiecta vnita, vt vnum substantia sint, neque ad sensum apposita.* li.4.f.1. t.4.c.1. *Hinc rectè Auic. aerem non corrumpi sustinet propria qualitate, vt aer est, sed quatenus ei aliquid alienum admiscetur: nam sit aer, vt aer in suis simplicibus qualitatibus, non tamen putrefit, neque corrumpitur, etsi alteretur in ipso altera qualitatum,* libro 4. meteor. *& ratio est Arist. adnotantis in omni putredine maiorem humiditatem requiri, quam necesse sit ad naturam subiecti putrefacientis, quam humiditatem,* li.2.de gen.t. 23. *vt etiam ipse asserit, cum summam secundum sui naturam retineat aer, & vltra recipere illam nequeat: probatum inde remanet, vt Auic. dixerat, aerem putrefieri non poße in sui simplicitate.*

Sed dum cit. loco Arist. aerem putrefieri concedat, id explicans Auic. dicit euenire ob alterius corporis ad libro 5. med. facul.6. *mixtionem, quod idem eßet, ac si diceremus ex Gal. alteratione præter naturali ipsi aeris naturæ, & ex Aristot. ipso ratione miscibilium subiectorum qualitatibus pro materia non rite, vt decet, unitorum, sed appositorum.*

Igitur nobis explananda est aeris conditio; nam propriam naturam non seruante, ut ab effectu nouimus

desti-

destinata suæ naturæ munera non proficiente, clarè sequitur ipsiusmet naturam (à posteriori) non seruare. Est.n.optimus aer oĩno purus in sua natura (vt Gal. credit,) & quisquis optimum pro sua salute per pulmones trahat, bene ex illo valeat: at ex inspirato (ut probauimus) aere, multi non bene valent: ergo suam naturam non seruat ex experiẽtia patet, quare etiam purus non est. Verum in nostro epidemio morbo minimè ad simplices qualitates dum recurrere possimus intensiores, dum per anni stationes frigidas, vel calidas vagata sit affectio, remanet necesse confugiamus ad ipsius impuritatem, siue alterius miscibilis, non ritè in substantia sui secundum naturam vniti, sed præternaturaliter appositi. libro 1. de san. tuẽ.c.11

Cuius appositi essentiam in aere præter sui substantiam ab effectu euentuum ritè igneam, oleosamq; iudicauimus, & succulentiorem; nam dum elementa inuicem mutentur, per symbolam quam habent qualitatem, necesse est etiam, vt docet Alex. prius apponantur ad mixtionem mediò vtrique communi vaporibus nẽpe, (vt aiunt) vel exhalationibus: quæ media subiecta mutationum elementorum ritè cum elementis, quando conueniunt, optimam faciunt absque putredine, vel inficiente corruptione ipsorum ad inuicem transmutationem; at econtra dicta media vapores nempe, vel exhalationes alicui elemento sibi non cognato apposita, tantum abest, vt transmutationem efficiãt elementorum, vt potius illud corrumpant, putrefaciant, vel monstra li.1.meteor.11.

gignant, imperfectaq; mixta, aut nos offendant. Quod clarius particulariter demonstrarem meteorum libros percurrens, si longas digressiones (vt plerique adsolēt) vel voluminosius scriptum efficere mihi in animo esset, & non tantummodo ea narrare, quæ nudè ad hunc morbum exarandum pertinent, uel per breuiter: Ideoque sufficiat hæc omnia elicere ex Arist. 2. de gen. cont. 32. & seq.

Sed ad nostri institutum redeuntes dicamus ex ipso Arist. loc. cit. cum halitus sit è terra veluti crassus aer, inde etiam ad perfectam aeris tenuitatem puram difficilè accedit: verum in nostri historia, existente ipso halitu ex terræ motu, nos docemur fuiße etiam ignitum ex instantaneitate motus, & uehementia: nec solum multum reor fuiße, & crassum ex bombo & duratione, sed aliquam vim secum ignem inferendi retinuisse, vt ex natura halitus expirantis est. Hinc potest è terræ natura extitiße, nulloq; modo perfecte in aeris substantiam hucusque peruentum esse, dum crassus sit, & aeris tenuitati non se ritè permiscens primogeniam naturam minimè aeris cognatam retinens, cum difficile, vel nunquam transmutationem peragat in elementum. Sed aeris hanc vltimam propriissimamq; agnoscere præternaturalem permixtionem impossibile quippe est, vt eodem loco cit. Aristot. docet, insensilia ponens transmutationum media subiecta in vltimato sui eße.

Ergo aer varias in se continens inæquales tempo-

rum,

rum, constitutionum, ventorum & halituum expiratorum admixtiones (à quibus forsan tenuioribus factis per sequentes duos annos Cometæ fuerunt accensi) ad aliquam corruptionem dispositus prædictis miscibilibus non ritè appositis nos affecit: verum dum copiosiores homines, & animalia eiusdem speciei passæ saniora uiuant, dicendum uidetur, non satis corruptum, nec pestilentem esse, sed conditionem accepisse iuxta qualitatem lædentis ignis contenti, siue spiritus exhalantis.

Nam ita in Regione Neapolis naribus aer attractus (uel ore) hoc tempore, quo forsan validiores crassitie erant halitus, vt anno 1617. & nobis inhærebat maior forsan resistendi vis agenti minus accommodato pro corporis dispositione, modo humores ad erysipelata, & fluxus, modo ad variolas cæterosq; morbos similes irritauit: animalibus verò, quibus flamma par erat, & crassitie, & vi mortem intulit.

Pro qua re occurrit dubitare cur gulam pueris læserit, & postmodum adultos; vel etiam fortius, cur adultos in principio erysipelatibus corripuisset, & similibus morbis, postmodum verò gulas pueris, & dein adultis inuasisset?

Cui dubitanti facilis est responsio, id euenisse pro endemia vrbis catarrali dispositione iam dicta, ac magis minusuè attenuato halitu; nam ipsa respiratio viuentibus necessaria (viuente calido ex moderato frigido auctore Hip.) opportet quidem ipsa fiat calido, & humido

li. de natura pueri. & Galle. d. vt. c resp. g

humido temperato elemento, tum quia promptius succurrit vndique vitales partes, caloremq; difflat, & alit, tum etiam quia simile sit nostro vitali calori, unde est, quod non aquam respiramus, sed aerem. Qui vt proximus generationi spirituum vitaliũ, quibus actiones obimus, tum vitæ, tum ciuiles, expedit certè sit omnino purus, nitidus, & tenuis; nam dum non nisi aere medio ipsi generentur admixto subtiliori sanguinis portioni in corde (vt perbellè Gal.) & ex eadem mixtione saltem mediatè spiritus fiant animales, & ventilentur aliquo modo ex aeremet inspirato per nares; nisi ex purissimo aere dicta fiat admixtio sanguinis, omnes vitæ actiones deturpari liquet.

lib. 7. de placit. c. 3.

Sed ut redeamus ad positam quæstionem, cum dictorum spirituum, siue animæ primum instrumentum fiat, uel generatio componatur ex aere, ut diximus inspirato, & admixto subtiliori sanguinis portione in corde, neceße est motu diaphragmatis intercostalium musculorum, cæterarumq; partium deseruientium, ut attrahatur aer naribus, & ore etiam per fauces: nec immediatè illo attracto spiritus gignitur admixto subtili, uel exhalãti sanguini in corde, uel cerebro, sed per sinuosos anfractus, durasque membranulas, non nisi uiuentibus animalibus patentes porosas ea principalia membra ingreditur, ut doctè Gal. notat. Quod si crassius sit elementum aereum calidius, uel frigidius, aut quoquo modo nobis non comparatum ineptam ex illo attracto fieri respirationem, imò uel à brutis illud

lib. 3. natural. facul. 15. 7. de vsu part. 9.

respui,

reſpui, nemo non noſcit: Verum exiſtente non ad ſenſum noſcibile alterato, ſeu alio modo, vt diximus propriam naturam non ſeruante, illud fugere nequimus; hinc aues, vti illius ſenſatiores læſionem facilius præſentiunt, quam nos, non ſecus ac greſſile genus animalium nobis melius multoties terram noſcit, à qua ſit læſio, vt ex Aetio recitauimus.

Sic igitur in noſtro caſu ann. 1616. & 1617. dum craſſiorem aerem attraheremus, vt ſupra vitiatum, illumque dum alterabamus, & præparabamus inſtrumentis dictis, & calore noſtro naturali ad ſpiritus gignendos vitales; facta mixtione cum exhalante ſanguine in corde, cum ſemper retineret primæuam malã admixtionem terreſtris halitus, et ſanguinem contangens corporibus diſpoſitis pari, aptaq; inflammatione polluebat humores: vnde natura propellens illos partibus ignobilioribus, vt adſolet obſer. Hippoc. mox fluxus, eryſipelata, mox variolas, & morbillos vel pleuritidem genuit. At poſt modum ijſdem morbis in aliquos homines perdurantibus anno 1618. & 1619. gulas pueris affecit: magis nempe attenuato exhalante ſpiritu in aere, humidiores ſpiritus flogoſi afficiebantur pariliq; flamma, ut ipſe erat halitus humoribus depaſcendis: vnde ut craſsiſsimus modo ſuo boues inficiebat, craſsior halitus oues, & ſues, medius pueros, & tenuis adultos inuaſit: ita prius hominibus tantum affecit ſanguinem, & humores, poſtmodũ uerò (etſi aliqua ex parte humores inflammentur duran-

libro 2. de natu. hum. t. 5.

tibus

tibus ijsdem morbis in aliquos homines tenuiorum humorum) magis fuerunt affecti spiritus humidiores, seu tenuior, & minus calida pars sanguinis; sicuti sunt animales spiritus in cerebro; instar respectus, qui fuit morbi transientis à bobus ad oues: idque totum ex paritate agentis ignis ad patientis dispositiones, modo quo supra sese tangentibus subtiliori sanguine, & aere ad spiritus generationem.

Jnde inflammato animali spiritu in cerebro, capiteque humido endemia dispositione (vt dixi) fluxionibus apto, multis simplices catarrhi & multis catarrhales febres ex arteriarum, neruorumque commercio, ac spirituum communicantia euenerunt. Verum tum maximè pueris, qui vt plurimum tenuiores sunt ductili humiditate, spiritus inflammabantur, & excrementitium quicquid in cerebro aderat; quod trudens, vt noxium inflammatum, et inutile natura (teste Gal.) per consuetas sibi vias à capite (vt sunt nares, palatus, æsophagus, & ipsius tonsillæ, larynx, & eius glandulæ, vel vuula) ad cutem partium propellebat, tanquam parti, vel omnium minimæ, & ignobiliori, ac propter continuitatem infundibuli, in quo capitis excrementa resident patienti. Et quia ipsa etiam cutis ab attracto lædente aere crassiusculo terrestris halitus imbuto percutiebatur, & temperamento constet in illis partibus humidiore, & laxæ sit texturæ; à duplici ferè igne humorum nempe à capite fluentium inflammatorũ ab intra, & calidæ pollutæ ex halitu auræ

libro 2. de natu. hum. 5. 9. de vsu par. 1.

attra-

attractæ ab extra intensè inflammabatur urente igne, vt ſphacelum iniret.

Hinc multi dubitant, quiſnam ſit morbus, an nempe catarrhus dum à capite fluxionem initium ſumat: an aphtæ, ſiue vlcera cutem depaſcentia, cum os ſerpant; an angina, dum vel deglutionem, vel anhelitum lædat & impediat.

Quibus aßero hucuſque de nomine pugnam eße: nam periti medici eſt, de idea, eiuſque eſſentia duntaxat condere quæſtionem: nimis enim accidentalis diuiſio morborum eſt per ſingulas patientes corporis partes, quā Gal. memorat 2. meth. 2. indicans potius ſpecificū quid morbi generis ſub alternū, magiſuè eccheizzatum morbum in parte, quam eſſentiam.

Itaque cum genus morbi generaliſſimum in læſam conſiſtat naturalem conſtitutionem, à qua actiones lædantur (vt pluries Gal.) neceße ſequitur illius etiam partis eße morbum, cuius nempè erat actio ſecundum naturam mox læſa, nam phyſica coniectura eſt, illius propriæ partis eſſe læſam naturalem conſtitutionem, à qua, vt prius bonæ ſequebantur actiones, modò deprauatæ, vel diminutæ fiunt: at videmus in ægrotis noſtris hoc morbo laborantibus, non capitis magis lædi actiones, vel continuitatis munus, ſed aliorum, pro quibus de remedio Medicum conſulunt: ergo quidem nec capitis catarrhus eſt ſimplex, nec morbus vlceroſus in ore, ſed cum vrgentior actio læſa ſit, angor quidam in inſtrumentis reſpirationi deſeruientibus, quo

lib. 1. de ſan. tu. 1. 2. meth. 6.

li. 1. meth. 5. Galen.

conquerantur infecti, ibi certè erit morbus etiam, earundemque partium reſpirationi demandatarum, qua lib. 8. hiſto. animal. 22. *impediti, vt canes moriantur homines teſte Ariſt.*

Sed huic opinioni vel maximi occurrunt ſcopuli peragrandi; nam cum actio principalis ſemper vni tantum principali parti in inſtrumento concedatur, cui cæteræ partes vſum tantummodo præſtent, & famulentur ad actionem, auctore Gal. lib. diff. morb. 6 *neceſſe etiam eſt, dum principalis pars ad reſpirationem præ cæteris ſit trachæa,* 1. de vſu par. 9. li. de voce. *& eius caput (teſte eodem) ipſam trachæam, & laryngem inflammari ad anginam, ſiue propriam, ſiue notham efficiendam, vt Gal. cenſet:* 11. de vſu par. 11 li. 3. prognoſt. t. 16 & ſequ. *At uidemus ipſam multoties non affici, vt ſæpius, ſed æſophagum, tonſillas, vulam, & ſimiles palati partes: ergo minimè angina videtur.*

Pro qua re crediderūt multi eſſe inflammationem palati partium, quam ignem ſacrum ſiue herpetem nominarunt ab Hip. edocti, li. 3. epidem. 3. cont. 52 *enarrante herpetes multos, magnos, vbi in commento Gal. notat, non ſolum extenſiue dici ad magnitudinem latos, ſed malignitate magnos; idque arguunt ex præcedente inflammationis conditione, cui poſtea vlcus ſuccedit ſerpens, tum maximè cum ſummopere lædatur à calido quoque remedio, vel temperato calidè aptato.*

Sed his dupliciter reſpondetur: primo naturā herpetis examinantes: ſecundo morbum noſtrum epidemium aduertentes. Eſt enim herpes à ſynthomate denominata bilis inflammatio ex Gal. libro 2. meth. 2. 2. ad Glauc. 1. *nec ſolum conditionem*

tionem habet, vt ſit bilis à ſanguine ſegregata, ſed etiam, vt ſummam tantum cutem exedat, in qua proprietate à phagedena differre, docet Gal. Dein morbus eſt herpes ſiue cum pituita admixta miliaris, vel bilis ſit minus acer, vtcunque ſemper morbus eſt minimè acutus de per ſe, tum quia (niſi naturam mutet) cutaneus ſit, tum etiam, quia quos narret Gal. herpetis caſus, nullum acutum fuiße colligitur, ni lati ſint, totum corpus exedentes, vel ſynthoma numeretur acuti morbi: verum in noſtro epidemio morbo, cum acutus ſit morbus, vt 2.3.4. ſaltem die necet, herpes minimè videtur; nec dicendum acutiem eſſe pro partis ſenſibilitate, cum ibidem in partibus vlcera cum vehementiſſimo dolore videamus, nec tamen citò mori experimur. Amplius herpes (vt annui) cutim exedens eſt, à quo nomen deſumit tanquam ab hac læſione actionis: at in noſtro morbo non conqueritur deulcerato ore, verum ſolum de ſpiritu adſtricto, vel deglutitione, aut ardore: ergo ab hac tantum actione indagandus eſt morbus, ſiue illarum partium læſa conſtitutio morbifica, vt ante diximus.

De tum. 13.

lib. 14. meth. 19.

Nec facta prius reſiſtit obiectio; nam etſi exquiſita ſit angina ex inflammata trachea, vel larynge, attamen facit Gal. reſpirationi inſeruientes partes his proximiores, vnde eodem ipſo morbo laborare mirum non eſſet.

li. 11. vſ. part. 11.

Vel fortius dicamus, morbū quidem prædicari principalis partis in inſtrumento, à qua ſit actio, ſed cæte-

ræ partes vti prius vsum ferebant illi principaliori in instrumento, ita nunc causam morbi ab ijsdem illi inferri, vt etiam illius partis principalioris sit morbus; propriéq; eidem addictus, vt ex cit. patet: hinc pari
lib. diff. morb 6. lib. 4. de loc. aff. 5 *modo Gal. ex vertebræ luxatione dicit anginæ speciē, & tamen luxatio, est simplex anginæ causa; vti prius econtra bona illius repositio solummodo vsum ferebat. Talique etiam simili pacto & nobis dicendum videtur, laryngem, vel tracheam minimè inflammatas esse, vt ex illis immediatè læsis sit angina: sed cum communes sint partes vsum ferentes æsophago ad deglutionem, & laryngi ad respirationem, vti etiam hæ duæ partes principales altera alteri inuicem vsum præstent, vel ijs læsis partibus minoribus, vel harum principalium altera deseruiente ad alterius actionem ratione quātitatis caloris, & similium, sine situs, & aliorum, causa infertur morbifica continens (ut vocant) parti principaliori, ut puta tracheæ, & laryngi, unde angina sit.*

Sed cum ipsum morbum anginam constituissemus nomine, non propriam ipsam affirmamus; cum per se non sint inflammatæ partes principaliores respirationis intro uel extra, unde nec extrinseca, nec intrinseca
3. prog. 16. & sequ. *dici potest more Hip. sed per adiectionem phlegmoni, nempè quia illi succedit, anginosum phlegmone dici debet. Ita enim experientia patet, post dirum phlegmone in nostro morbo (uel simul) tumefacto æsophago, uel tōsillis spiritum occludi, aut ipso phlegmone cancrenato*

uitalem

uitalem ſpiritum affici, & extingui: ſic namque Gal. phlegmoni eryſipelatis cognomen concedit, & uerſa ciue; vti etiam nos anginam phlegmoni diximus ſuperuenire; non ſecus magis propriè luxationem anginoſam vertebræ ex Gal. retulimus. Nam fauces, (quas pharyngem Græci vocant) reſpirationi inſeruientes angina affici valent Gal. cenſente, cum tumefactæ anguſtant vias reſpirationis: ſunt enim fauces vel ex Homeri auctoritate ipſo referente ibidem, ſpatium illud laxius, quod gulam & guttur præiacet; ergo vtrique commune: nam ibi iſthmi inſtar à gargareone, ſiue vuula, via oris ad œſophagum intercidi-tur non ſecus ac ductus narium ad laryngem obſeruante Gal. ergo ſiue gargareone inflammato (aliter vuula) vel parhiſtmijs (vulgo tonſillis) gargareoni proximis, & in molem auctis lædi poſſunt, tum gulæ, tum laryngis actiones propter vſum dictarum partium illis non præſtitum ob morbum, quem patiuntur, puta phlegmone. Quod certè patet ex plus iuſto ſanguinis illis partibus influxi, ut tum à colore, & calore, tum molis augumento, dolore tenſiuo, & pulſu probatur ſignis communi inflammationi communibus, ſed urgentioribus in phlegmone noſtro, ipſique ægroto manifeſtis, ut Gal. adnotat; nec eidem phlegmoni deſunt cæteræ conditiones ab eodem recenſitæ capitibus ſequentibus: unde illi ulcera ſuccedere, & ſtrangulationem, ſiue anginam uidemus dictas ob cauſas & modos. Nã ipſe nouit Gal. etiam partium ſimilarium morbum etiã

denſi-

1. diff. feb. 3.

4. aph. 34.

3. aph. 26.

lib. 13. meth. c. 1.

2. ad gla uc. c. 1.

diff. morb. 12.

densitatem & uarietatem meatuum, siue pororum, non secus ac simplices partium qualitates: etiam cum fluxu substantiæ similium qualitatum; qua sic stante doctrina, fluxa substantia poros & meatus similaris partis obstruens, augere potest in magnitudinem partis quantitatem, ipsiusque disrumpere fibras, et continentem superficiem: hinc à simplici inflammatione vlcera, tumores, intemperies, et quatuor misti etiam quandoque morbi ipso auctore eueniunt, & nos in promptu videbimus enarrata tamen phlegmonis conditione ab erysipelate distincta.

Est enim in nostro epidemio morbo quidem inflammatio sibi ipsi ægroto ad sensum patens, quod phlegmonis signum ab ipso Gal. accipitur loco cit. differtque ab erysipelate non solum propter nullam, vel paucam admixtam bilim, ex qua persæpe erysipelatosum dicimus phlegmone, & vice versa, vt diximus, sed etiam à rei natura. Nam erysipelas à subtili bilioso humore ferè cutem deurit, vt herpes, nec partem (quamuis cutem) in molem auget pluries docente Gal. tum quia subtilis & acer est humor poros substantiæ similaris ferè non obstruens; tum etiam, quia minime cognatus ætati patientium, vel temperamento videatur humor peccans; vti econtra experientia est à colore purpureo intenso phlegmone esse à sanguine inflammato, qui crassior poros obstruens partis, nec facile resudans in magnitudinem, & tensionem, partem attollit, ut qui solum in
libro 13 meth. c. 2. *uasorum finibus extrauasetur. Gal. auct. ac inde sit,*

plus

plus cute profundius lædat partis substantiam; itaque corrumpat, vt vocis instrumenta deleat quædam ad soni articulationẽ. Resudaret ædepol bilis (si erysipelas eßet) subtilis in laxioribus palati partibus statim, vel euolaret tenuis, nec talia perageret, nisi per annum exedens intra partem: at quia intra partem retinetur sanguis, nec expelli craßus poßit, in tumorem pars augetur, & tenditur (vt Gal. docet) à sanguine recipiente, & à capite immediate fluxo: ac tandem tali pacto tumet inflammata pars, vt magnitudine acuta lædatur, & anginæ sit causa, vt diximus. Quod si Hip. testimonio annuant alij, erysipela hunc morbum eße malignum, cui putredo succedat, vel pus, satis vltro ab aphorismo contendunt, cum in peius degenerari morbum ibi ostendat Hip. & ex erysipelate fieri phlegmone, & nunquam erysipelati pus concedit, quod particula (ab) erysipelate demonstrat, fere (ad) putredinem transire malum; resoluitur enim erysipelas, non putrescit pro sui natura dictisque causis. c.2. eiusdem l. 7. aph. 20.

Nam cum euentiletur per poros bilis in erysipelate non putrescit; at in phlegmone occlusis poris calidiore sanguine intercepto minime euẽtato intra inania quæuis faucium partis spatia, ut annotat Gal. phlegmone fieri; neceße sequitur ab ipsius flamma tanquam ab externo calore corrumpi, ac putrefieri partem proprio calore extincto, ut alibi Gal. sed qua via naturalis calor extinguatur in hisce inflammationibus, Medici est examinare. libro 14 met. 2. de inæquali in temp. 6. 2. ad Glauc. 9.

Est

Est enim putredo interitus proprij, & naturalis caloris in quouis humido ab alieno calore definiente

libro 4. meth. *Arist. ex qua definitione patet extingui proprium calorem in putredine, non defectu pabuli, siccesceret nāque hoc solum modo mixtum; non dissipato à maiori flamma calore innato, sic enim solum vstio non putredo fieret; neque à contrario frigore, rigeret solum ita mixtum: ergo remanet ex inductione suffocato duntaxat calore fieri putredinem minimè nempè euentilatis fuliginibus, vel superante humido respectu calo-*

libro 11 meth. c. 10. *ris; quod perbelle Gal. demonstrauit. Nam omnia dum spirant mixta (vti vel in ferro videmus) id non nisi à calore interno rarefaciente euenire patet cum agens naturale sit, & semper indefessè agat: quotiescunque igitur accidat ab aliquo circumscribi mixti calorē corpore aliquo densiore, ipsum non perspirare claret, interimque solui totum mixti regimen prius in humido, & demum, sicco ad fimum usque & cinerem. Tali similique modo fluxo sanguine superfluo ad fauces, uel ipsarum partes, ac minimè extra transpirante quærunt subiecta caloris miscibilia alterata (vt dixi) intra moueri mixtum ipsum (puta sanguinem) hinc inde, & modo miscibile alterum humidum ex sui positione perturbant, modoque alterum siccum vel frigidum, ita ut à calore externo (alieno nempè à sui natura conueniente) seu motu hoc dicto interno, facto calore incongruo propriæ naturæ pro alteratione, & positione soluatur unio, & separentur qualitates inuicem, nec compactū*

siccum

ſiccum ſit oportet, & tandem tanquam ab effectu caloris neque mixtum frigus remanere videmus. Ex quibus patet ab ambienti frigido occluſis poris putreſcere membra non perſpirantibus fuliginibus, vt docent Medici cum Gal. & faxit Deus ne adhibita validiora refrigerantia huic morbo (tamen tempare incongruo) fuerint in cauſa citioris, & malignæ putredinis ad fauces: patet etiam, quod fluxo ad partem calidiore ſanguine tendente fuiſſe miſcibilium vnionem, non ſolum humoris, ſed ipſius etiam particulæ diſſolutam raritate ferè priuatam, & pororum naturali textura, qua ad ſui ventilationem vtebatur (quod proprium eryſipelatis non eſt) & inde putrefieri & corrumpi potius cancrenando, quam vlcerando partem videmus. Quæ ſiue pars, ſiue humores influxi cum putruerint (veneni more) viciniores partes afficere poſſunt diſpoſitæ, abſque quod illis impedita ventilatio fuerit, vt Gal. notat, & in noſtro morbo experti ſumus poſt euidentem fætorem ſummæ putredinis ſignũ ex Gal. poſitum, aliquando ſphacelari partem, & aliquando intro & extra decumbente materia ad pectus maligna, vel media reſpiratione illud inuadente, & cor, eodem die moriuntur ægroti, vel ſtrangulatione, vel modo, quo notat Areteus ab odoris fæditate ſpiritu extinguuntur, & vita.

lib. 2. ad Glauc. 1

De inæquali intẽp. c. 7.

libro 1. progn. vlt.

5. med. fac. 14.

lib. 1. de morb. acut. 9.

Sic igitur ſigna huius morbi maligni eadem ſunt, ac ſphaceli initi, & propriæ cancrenæ, vt celer putredo exurens maximo calore cutem faucium ferè cauſtico

igne exulcerans; os enim his morbis subijcitur, auct. l.6.cõp. med.per loc.2. *Gal. at quia ortum putredo ducit à sanguine iam corrupto, vnde tam sæuior uidetur, nec pus fieri ex ipsa queat nullatenus dominante calore natiuo vel parum, hinc horridus fætor, uel ex homine mundiore à paruula ulcere tali ægrotante, cum ab aere expirato rarefiant, & augentur ipsius halitus, qui non secus uitalem facultatem prosternit, quam putredine afficit, & humores deurit, unde quandoque pleuritides, & quandoque febres mali moris & pulsus parui, ut Gal. obseruauit.* libro 3. præsag. pulf.c4.

A quibus signis nil ultra prædici potest, nisi mors, & partis sphacelus morbus perperacutus; cum intra quartum diem moriantur sphacelata parte satis cerebro proximiore, dum usta cute & ablata, quæ propter humoris alterius admixtionem albescit in principio, postmodum nigrescit sinus, corruptione serpit; nam si quid araneosum oris ulceribus insit malum, dixit Hip. & alibi omnis inflammatio circa collum suffocationem portendere dicit. l.7.aph. 50. libro de dent. de glãdulis lib.2.de mor. n. 10. & sequẽt. de glãdulis num. 5.

Quibus iam patet antiquum esse morbum ab Hipp. millies recensitum ab Aretheo descriptum luculenter satis, & à Gal. passim memoratum, uti etiam Fuchsius narrat. Vidius, Aetius, & alij: modo solum renouari frequentius uidimus dictis iam supra causis, uti per constitutiones quandoque anginæ renouantur obseruante Hipp. & Skenchius, & Forestus adnotasse eorum seculis scribunt. lib.1.acut. c.9. libro 3. pf. pulf. c.4. li.2. meth.med. c.3. libro 6. epid. 7. cont. 1.

§. 5.

§. 5. De Cura.

Sed istius sæui morbi ad curam accedentes à communi causa foti, ipsi prius & principaliter occurrendum videtur, vt ad curationem, ita ad præseruationem ex præcepto Gal. qui illam prius tollendam docet causa persistente, quæ morbum excitauit. li.4.meth.c.3.4

Itaque sanis, aut fugiendum est solum passionis, vel cælum eligatur eminens, montanum, perflatum, siccum & aridum: vt enim humidiores inuadit homines endemia dispositione aptos ad fluxionem ex capite, quare forsan vbique fuit ante mortalitas animaliũ per Italiam, non ibidem hominibus talis sæuijt morbus; ita etiam crassa, inscida, & densior videtur flãma causalis, similes inuadens humidiores cerebro, molles carne, & excrementosos à capite. Hinc duo insinuantur agenda remedia præseruatiua, quorum alterum est dictum superius habitationem conscendere, vbi perflatus aer dictum craßum, lentumque terræ halitum non retineat; alterum vero est, tenui victu talia nutriri corpora, tamen refrigerante, & immundis excrementis, tum maximè cerebri exonerari: quæ summopere media aßequentur: Aliqui laudant sæpius phlebotomare ad præseruationem; at quia sanguinis missione frequentius relaxatur corpus, & fluxionibus aperitur via, censente Gal. ideo magno cum discursu ad illam accederem, vbi plenitudo adesset, lib.4. acut. 20. 11. meth.14.

 vel

vel quo ad vires, vel quo ad vasa inutilis, & per
9.meth. c.11. *longiora temporis interualla admonente Gal.*

Sed cum omnes abire non sit conceßum, infectus aer difflandus quidem est; vel etiam igne attenuandus, vt vel dissipentur admixti halitus, vel eorum subiecta crassiora euanescant, quod Hip. testatur, & experientia docet: Hinc summopere displicet ornari ciuitatem saxis diù retinentibus indiscußos halitus; & vapores in plateis angustis inter excelsas domus aliquibus in locis potius vermium gurgustiola, quam hominum habitationes: solum enim exhalans corrigitur quidem occlusis poris, & frequentioribus puteis illud densando; sed minimè tamẽ ijs lapidibus aquã fundẽtibus, si alteri superficiei immictatur, & diu humiditates per sui substãtiã retinẽtibus: Hac forsan sola ratione monialium Cœnobijs non fuiße malignum morbum reor; cum studeant moniales enixè saluti, sæpius purgent corpus, cauterijs scatent, & vel ex leuissima morbiculi vmbra inediæ uacent, & opportunis remedijs; tum etiam quia (vt annui) vel coctis lateribus terreis, vel splendido luxu marmoris, & similium, ex quibus nequeant densiores terræ spiritus transfundi, pauimenta soli habeant; & à solis radijs illustrata ad discutiendum aptis: Inde vsum antiqui lateris summè consulo, & quo ad fieri poteſt, uitentur ab hominibus rara, & omnis hians terra, cellæ uinariæ, terrenæ domus, & vel altiores propè hortos, pomaria, & uireta.

Verum quid faciendum sit iam morbo ægrotanti-

bus

bus rationali uia, ac methodo expediemus, si agenda remedia ex rei natura perscrutemur. At ratione methodica curationis institutio, cum procedere debeat ex Gal. à notione vniuersi corporis, & eius partium vsu, & substantia existentibus sanitate, & morbo in eodem genere, nempe affectus, constitutionis, & similis ex Gal. met ipso, & tanquam ex opposito recessu alterius prædicentur de parte, aut corpore; ideo de naturali partium gulæ substantia, vsu, & figura dicendum videretur: verum cum nobis non concedatur longiorem discursum agere eorum, quæ vel in alijs morbis à doctoribus dicuntur, liceat saltem quæso his omissis Ideam morbi percurrere, quæ curationem indicat primo, & à qua communem indicationem eligit Gal. libro 2. meth. 7. 2. meth. 4. 1. meth. c. 7. 11. meth. 11.

Cum enim, vt supra diximus, constitutio partis principalioris in membro à naturali temperie, conformatione, aut vnitione euariata sit morbus, vt actionẽ primo lædat; dubium est, quis nam morbus sit, & in quo genere variationis à naturali statu poni debeat. Multi cum videant phlegmone ex Gal. putant esse in intemperie morbum sensus in parte actionem læsam per calorem cognoscentibus ægrotis, vti etiam tensionem, & simile quicquid in prima partis actione existens: nam stante sensatione à temperie, auct. Gal. eaq; deprauata in partibus gulæ (seu faucium, nil enim interfit, ita nominare etiam collum, dummodo à significatione non variemus) in intemperie etiam referri morbum cogitant; ab ea namque constitutione lib. 1. de natural. fac. 6.

temperiei illarum partium immediatè euariata.

Et verum hi quandoque dicunt, vbi aliud ſympthoma grauius non vrget, vti in benignioribus his morbis ſalubribus; nam vel enim adſit expultrix facultas irritata, vel qualitatis aliud ſimile mutatum ſit, certe quidem eſſet ſolum mala conſtitutio temperiei partis ab intemperie ſota tamen ab humore influxo, uel influente adhuc: facile enim diſcurrenti patet omne aliud ſympthoma ſecundum eſſe actioni læſæ priori accidens, ſeu effectus, à qua veluti à cauſa prouenit, vel id ſympthoma ſit in qualitate mutata, vel excretis non ſecus, ac etiam in vitalibus, & animalibus facultatibus, quæ vna principaliori parte inſtrumenti, vt taliter temperata utuntur ad ipſarum primam actionem
li. 1. vſ. par. 9. *perficiendam, ut millies docet Gal. qua intemperata*
1. meth. 6. *languent pulſus, uel urgent, hebetantur ſenſus, & deprauantur, torpeſcunt animæ operationes, & irritan-*
de diff. ſynt. c. 3 4. *tur triplici modo Galenico ablatè, diminutè, & deprauate.*

Sed in malignis his morbis uigentibus anginoſis, quia ſūmopere læduntur reſpiratio, uel deglutitio ali-
9. de vſ. par. 4. *quibus, urgentiores actiones animalium ipſo ſenſu, uel prima actione partium (cum toti deſeruiant ad opus, ſeu ſecundariam actionem; & ſenſus tantummodo ad partem neceſſarius ſit, ſignans temperiem, qua gaudet pars) utique læſa erit naturalis partium conſtitutio non temperiei, ſed conformationis, cum ſint per ſe operatio-*
2. meth. 6. *nes perfectæ, & ſecundariæ ex Gal. non enim deglutimus,*

mus, aut respiramus, quia taliter magis & minus temperatæ sunt partes, sed quia tali constant conformatione: Indeque videmus Gal. & Hip. docentes organicam partem instrumenti principaliorem ad imbecilliorem, simpliciorem, & ad minorem vsum præstantem instrumento excernere omne noxium. Itaque dicendum videtur, cum deglutitio, vel respiratio opera sint partium ad totum ab actione sine motu proficiscentia, ab instrumẽtis etiam esse simpliciter, quibus namque læsis etiam ipsæ deglutitio, & respiratio lædantur, ex quibus patet, quod læsis his actionibus, vel operibus toti deseruientibus corpori in hoc morbo, harum etiam operationum instrumentalem constitutionem naturalem esse læsam, à qua primo hæ actiones dependent. Cui opinioni fauet Gal. qui adhuc inflammationem, quam prius in intemperie morbum reposuerat, modò instrumentalem morbum adfirmat deglutitionem angustantem tumore aliquo eleuato.

l. 2. nat. hum. 5.

1. natur. fac. 2. & 5. C. diff. morb. c. 2.

5. loc. aff. 5. 6. c.

Sed hic dubitare occurrit communiter ex Gal. qui à læso vsu fieri morbos instrumentales aßeuerat tanquam à causa: & alibi ipsam læsionem vsus morbum dicat: Cui dubitanti quisquis Gal. legens facilè respondebit: nam in lib. 2. meth. 6. supponit Gal. ab vna principali instrumenti parte actionem fieri, vt taliter temperata, cuius partis læsio vsus, nempe (vt diximus ex lib. 9. de vs. par. c. 4.) seruitutis ad totum corpus, non apta constitutio morbus quidem est, at vero lib. de diff. morb. cap. 6. de particulis minoribus in in-

l. diff. morb. 6

l. 7. meth. 6.

stru-

strumento læsis, in ipsarum vsu directo ad partem, quã diximus principalem instrumenti morbus est minimè secundum Gal. sed causa morbi, siue continens, aut proximior.

Hinc nobis videntur inflammati humores in faucibus esse causam tumoris illarum partium, qui adhuc causa sit læsæ actionis secundariæ, seu deseruientis illius actionis ad totum, quæ morbus est instrumentalis constitutionis.

Alijq; aphtas malignas hunc morbum vocant, indeq; ut ulcera in continui solutione ponunt constitu-
3. aph. 24. *tionem præter naturam ex Gal. & quia summam cutem non afficiunt (vt pathognomicè in illis demonstrat Gal:) sed partis substantiam, ideo aphtæ non debent*
3. epid. 3. cont. 12. *dici: sic etiam in epidemijs Hipp. & Gal. impropriè aphtas nominat, quãdo ab humore putredinoso in substantia partis fit vlcus. Neque dicendum pro ulceratis partibus faucium non deglutiri ab ægris, vt loco*
5. d loc. aff. 5. 6. *cit. Gal. ait; cum accidant vlcera huic morbo, vt experimur pro symptomatibus non propriè per se, & inde multoties moriantur ægroti, non à lato serpente vlcera (quale in aphtis) vel suffocati, sed à manante putrido corruptouè ichore ab ulceribus ad pulmones, & cordis uasa non secus ac Gal. narrat.*
3. de caus. symp. 4.

Ergo huius morbi Idea est multoties intemperies
3. præs. puls. 4. *sota, & effecta ab influentibus calidis humoribus alteratis; & quandoque ab ijsdem malam partium conformationem agentibus duntaxat; vel demum ipsius*

morbi

morbi reponitur Idea in absoluta humorum & partiũ intemperie, sed corruptorum ad cordis vasa descendentium ab vlcere cacoethe; nam vel si à cancrenata parte aliquis moriatur, non à soluta vnitate læditur actio, & mortem obit, sed à parte solummodo emoriente vti intemperata è directo naturæ nostræ opposita, vnde veneni naturam ex putredine acquirit, & necat.

His positis, cum omnis cura rationalis à summa generis generalissimi Idea per subalterna genera progrediatur ex Gal. ideo primo curemus intemperiem oportet. Quæ cum à causa dependeat fouente tum in parte, tum à capite fluente, & accensa (vt ostendimus) sic illam ordiemur curare ex Gal. nam vbi tumor apparet, siue spiritum impediens, siue non, ex obstructione meatuum, & pororũ partis, vtique ex materia humorali fieri continget, nec simplex est intemperies in sola qualitate, vnde dicemus morbum esse in intemperie calidum in dominio, & humidum à qualitate contenti sanguinis: qui corpore causa sit læsionis cõformatarum faucis partium in magnitudine aucta, indeque compositum morbum dicit Gal. libro 2. meth. 7 de diff. morb. 5 de diff. morb. c. 7. 12. & 13.

A cuius morbi natura facilis est contrarij indicatio, morbum nempè repellere calidum, partiumuè propriã seruare temperiem, & magnitudinem, propriamuè ipsarum faucis partium molem finire: nam morbos solũ contraria indicare docet Gal. Sed an assequi dictam indicationem, vt vocant primam omnibus notam possibile sit, id perdifficile censet, quoue medio asse- libro 3. meth. c. 1.

4.meth. c.3. *quenda videatur; quare ipse dicebat à rei substantia naturali indaganda eße media ad finem; qua methodo nos etiam facienda inueniemus. Nam si tantum pro nutritione non fluunt ad fauces humores, sed satis superque ipsorum intemperata quantitas, quæ nec temperiem seruat naturalem, nec appositè simile nutrit, necesse dicendum videtur à contrario effectu contrarium accidisse: ex cuius rei natura speculata duplex oritur insinuandorum indicationumuè ratio ex Gal.*
11. meth.c.1. *refrigerandi nempè intemperatum contraria qualitate, & euacuandi, quod in parte sanguinis intrusum est; vti impedimentum alterum nutritionis rectæ, bonæq; auctionis, siue magnitudinis. Fluit autem*
2. diff. feb. 11. *præternaturaliter humor ad partes auct. Gal. vel intra, vel extra, à dolore, vel calore, partisue debilitate recipiente, & valida parte mandante, vel tandem ictu, vel contusione; semper tamen cum fluxio motu fiat, neceße est terminos habeat suos à quo, per quem, ad quem, ac etiam corpore indigeat mobile, impellente facultate, & tempore, quod sit motus mensura ex*
libro 5. phys.c.1 *Arist. vnde cum experiamur in hoc morbo non ictus, vel contusionis causalitate, sed caloris & doloris gratia initiatam fluxionem à capite, uti nobiliore parte per vasa media ad fauces alteratorum humorum, & breui quidem tempore, id omne inuenimus secundum morbi eßentiam, à quo insinuationes contrariorum re-*
4.meth. 2. *mediorum expediantur secundum Gal. præcepta. Primo nempe à tempore breui, vt citò medeatur. Secundo*

ab

ab impellente, vt mitigetur. Tertio à mobili fluenteuè humore, vt alio tendat ex naturali statu remittatur. Quarto pars affecta curetur, vasa, per quæ, & mandans vltimo blandiantur facultas, sed à qua nam harum indicationum initianda sit cura dubium videtur, nam etsi inter hæc à tempore solum nulla sit indicatio in generalissimo genere morbi eiusdem instruit tamen tempus Medicum, quando operaturus sit docente Hip. vnde & nos vti à Gal. discentes alibi cito curantes occurrimus, alibi tardius. Et in hoc epidemio nostro morbo citò suppetienda esse remedia statuimus, cum ob acutiem, & malignitatem breuis sit, & statim periculum habeat ad iunctum magni propria morbi experientia teste & docente Gal. 4.meth. 5. 1.aph.1 1. de acut. 46. 1 d cris. c 2.

Verum à qua nam indicationum sit primum aptandum remedium speculemur duce Gal. regulam ponente ab vrgentiori initiandam esse curationem: dein à causa, à qua aliquid futurum noxium timetur, vel vrgens. Et demum à conditione sine qua non, etiam seruante ferè quod dixerit alibi ordinem nempe curationis similem esse ordini generationis. Cuius posita regula, & nos dicamus, vrgens esse periculum imminentium vitiorum inflammationis, nempe vt diximus, ex concursu nimij sanguinis, cancrenæ, & similium in malignis casibus: ergo summopere huic occurrendum in principio dictum concursum euitãdo, ne pars recipiat; idque agemus, vt Gal. docet, refrigerantibus, adstringentibus ad fauces adhibitis, & in principij latitudi- 3.meth. c 9. 7.meth. c.12. 11. meth c.15.

ne, vt etiam quod aliquatenus receperit repellat. Et quia ab ipsa interna substantia partis inflammatæ faucium reprimendus est concursus humoris, ideo rosaceo aceto, syrupo de moris, & decocto lentium utendum pro gargarismate (lentes enim ualde refrigerare;
6. epid. 5. cont. 33. *& adstringere dicit Gal.) uel similium: sin autem flegosis tantum adsit, neque ab interiori substantia partis sit reprimendus humor; sufficiat uti refrigerantibus potentioribus in gargarismate, minus tamen uel nihil adstringentibus, uti syr. uiolaceo: syr. de portulaca, hordei, decocto, succo trifolij & similium. Cæterum cum fluxio partim sit facta, & partim futura;*
4. meth. 6. *reuulsionem futuræ conuenire Gal. aßerit, & factæ deriuationem; rectè inde competunt pro facta fluxione per nares euacuare deriuationis gratia, ut ad partem*
5. meth. 3. *promptiorem docente Gal. tum ut quod actu fluit ad partem, tum & quod à parte repercußum est euacuetur; quod quidem assequimur decocto blitæ, hordei, & similium, uel blitæ succo per nares attracto: at eandem etiam indicationem assequendam iuuat; maximopere ad cutem extrahatur uel fluens humor, uel repulsus à parte inflammata, & propria ad glandu-*
4. acut. tex. 19. *las laxantibus unctionibus, & oleis suadente Gal. nẽpe amigdalarum dulcium, uel emplastro cassiæ exterius apposito; nam extremè conferrent huic morbo parotidæ, similesq; absceßus, subitaque enim fieret mor-*
4. aph. 74. 1. pro-rect. 3. cont. 67. *bi solutio, ut Hip. ait: nisi symphtoma esset abundantis causæ: ut Gal. notat, & tunc ad minorandum saltem*

morbum

morbum conferrent. Ratione vero futuræ fluxionis reuollendus quidem est concursus ad contrarias, longissimasque partes, ut cit. loc. Gal & alibi docet: nos tamen incepimus à fluxi humoris curatione in principio; cum nunquam vocemur ante ad curam, sed tẽpore saltem, quo accensus humor in capite promptius euacuatur per viciniores partes deriuatiuè, quam simplici reuulsione dicta antequam humor firmetur: itaque si impellentem facultatem oppugnare nequimus, saltem mobile corpus, siue fluentes humores à toto ad caput, à quo ad fauces reiterantur non ad spiritum anhelitus suffocandum sinamus; sed reuulsione ad longissimas partes in vero exactoq; morbi principio trahamus per venæ sectionem in malleolis, uel per uenas sedis, si consueta fuerit euacuatio talis suppressa. 5. meth. 3. 2 ad Glauc. 2. libro de sãg. miss. c. 12.

At si tam in principio (vt sæpius) cum fuerit accersitus Medicus, & iam talis occasio præterierit, & facta sit magis fluxio ad fauces è brachijs phlebotomare conuenit, tum ad deriuandam è capite materialẽ causam, vti ad reuellendam efficientem, fouentemq; maiorem ab hepate; ni mulieribus menstrua immineant, vel sint, quibus solum, nisi spiritus maxime [illegible]ibeatur, sunt uenæ in brachijs secandæ adhibitis ligaturis cruribus, & pedibus actu fricatis.

Sed iam vti motum morbificum dictis remedijs, & sanguinem, siue mobile corpus minorauimus euacuatione, clysteribus & similibus; ita ad eundemque finem, vt cõsumetur mobile corpus est inedia commen-

mendanda, & tenuis victus refrigerans parandus. Est enim magnus hic morbus & vehemens, cum acutus sit, & magna vehementiaq; symptbomata actu habeat, & imminentia, citissimumq; vigorem teneat,
3. d cris. 4. *vt ex similibus Gal. notat, cui rectè sanguinis missio,*
4. acut. 19. *tum maximè, quia refrigerat, & ratione euacuationis causæ materialis, & efficientis conuenit, tũ etiam*
de sang. miss. c. 10.20. *quia tutius ex Gal. est medicamentum minore præparatione egens, nempe tantummodo transacto chilo è uẽtriculo, & duodeno, ac ieiuno intestinis venosis, quod facillimè fit per decem horas iusta inedia: cæterum de sanguinis missione hæc apposui, vt coindicante cum tenui uictu iam supra iusso, qui Neapoli ad summum substinetur tenuis octo quotis horis ex iure consumpto ad semilibram, bis tamen in die cum aliquo leui obsonio, & semel absoluto: vt totus omnino victus non excedat in die duas libras: excepto potu, pro quo vinum omnino in hoc morbo negatur.*

Hisque remedijs transacto principio, & ferè statim diligens Medicus debet obseruare, quæ repellentia conueniant, & quando; nam in morbo, qui vel subitò tempora transit non solum bis & ter in die sanguinem mittimus pro singulis octo horis, sed etiam medicamenta variamus, & faxit Deus, quin multæ fluxiones non fuerint cancrenæ causæ, & mortificationis in parte ob malum vsum refrigerantium. Ideo postquam imminenti cancrenæ tanquam vrgentiori studuerit Medicus in morbo, cui facilis fit citior vigor, & magnitudo

tudo cum facta fluxione auct. Gal. causæ mentem præbeat, à qua aliquid futurum timetur reiterata; si opportuerit sanguinis missione, vel deriuationis gratia è brachijs, vel ratione euacuationis totius, cum æqualiter omnes humores euacuet, auct. Gal: 2. ad Glauc. 2. *Dein mobile corpus ad læsam partem fluere paratum totaliter, siue ad posse, euacuetur turgente materia in perperacuto magnoue morbo sphaceli imminentis ex præcepto* lib. 11. meth. 14 *Hippocr. antequam totus humor ad affectam partem currat pro ipsius corruptione (vt alibi) aut vigeat morbus, in cuius vigore abstinere debemus docet Hipp.* 1. aph. 22. 4. acut. 76. 2. aph. 29.

Purgandum autem est corpus ex Gal. & Hippocr. 4. acut. 21. *dictis clysteribus (si debile fuerit) vel lenienti purgatione, & leui medicamento. Hinc mirari non desino contra omnem rationalem methodum Medicos alioquin scitissimos Reubarbarum in substantia ægrotis porrigentes, cum ipsemet Hippoc. cit. loc. mediocriter, & securè porrigendum dicat medicamentum, tum quia fluidi, turgentesque humores facilè vim medicamenti subeant, tum etiam quia horret pars inflammata calidi medicamenti mordacis transitum, ut in simili casu Gal. notat.* libro 5. loc. aff. c. 5. *Igitur quæ tantummodo sanguinem leniant porrigenda videntur, vt rosa, viola, mãna, cassia, mel rosaceum & similia, cum decocto tamarindorum, hordei mundi, flor. cordialium & similium refrigerantium. Neque obstat Gal. dictum purgationem puris concoctionem amouere, nam alibi ipsemet* 4. acut. 44. 2. de fract. 31.

habet

habet multoties non ſuppurari transfuſum ſanguinem ex concurſu prauorum humorum, quibus purgatione
2.aph. 29. *occurrit. Hipp. minorem faciens materiam, vt citius quod remanet, concoquatur, de qua poſteriori concoctione in priori textu alloquitur, nempe à purgatione intercidi.*

Poſt ergo phlebotomiam dexteri malleoli, & utriuſque deinde internæ brachiorum mane & veſperi vrgente morbo, & constantibus viribus ex doctrina
2. de ſa. tué. 10. *Gal. purgatoue corpore, actis gargariſmatibus dictis, & linitionibus extrinſecis, ac ſolis tribus conſumptis iuribus quotis octo horis, & aliquo electuario, uel leui obſonio, & aqua nutrito ægroto, ne quid futurum*
11. me- th.c.10. *magis accidat ex putredine vrgentius obeundum Gal. conſulit alexipharmacis, bezoarticis, & uentilatione humorum, vſu clyſterum, frictionibus, & ſimilibus, & deinde valentius ad affectam partem accedamus ſiue quo non, ſiue impedimento remoto ad ſalutem pro parte: Hæc ſcribente Gal. (Verum nunc adeo nil opus*
6. cõp. per loc. c.1. *habemus eiuſmodi determinationibus: ſic enim nos vbi ad memoriam reuocauimus, quomodo totum corpus præparare ad curationem affectuum circa quamcunque partem conſiſtentium oporteat, ad institutum progrediemur. Etenim venæ ſectione vtimur, & purgatione, & clyſteribus, & inedia, vbi totum corpus aut multitudine humorum refertum, aut eorum malitia uitiatum: ſi vero neutrum eorum adſit ad curationem per remedia localia perueniemus) hactenus*

Gal.

Gal. qui alibi ex Hipp. sententia nullo medicamento à parte met inflammata vacuare censet, vbi crudi fixique sunt humores, sed vti alias docuit, si ex aliqua viciniori parte phlegmone incurrerit, ipsi subsidijs artis occurrendum; quod ita in curis similibus consueuit: prius nempe purgans corpus, deinde caput, & demum partes, quæ immediatè à capite fluxionem habent, vti in nostro casu. In quo quidem (vt Gal. dicebat) ordo curationis cum ordine causarum coincidit; ideoque à purgatione totius capitis euacuatio tentanda est phlebotomia à cephalica, & scarificatis cucurbitulis in spatulis, & suaui etiam aliquo errhyno supradicto: quibus præsidijs facile erit benigniori morbo insistere. 4. acut. 21. 13. meth. 4. 14. meth. 16. 7. meth. 12.

Sed quid agendum sit in malignis iam vlcere tentatis phlegmonibus dubium videtur; nam modò citò currit ad sphacelum in multis, vt vix sit consilij locus, & alijs summa tantum cutis faucium pars vlceratur, quæ vsta à calore vehementi albescit phlegma contentum absque graueolentia manente rubore: vtrisque non repugnat cõstantibus viribus à medicamento purgante sanguinem vt supra mittere à cephalica & spatulis: id enim cõcedit etiam Gal. à medicamento, si sanguis à cæteris humoribus adhuc peccauerit. Nec dicendum est tali phlebotomia reuehi intra vasa maiora putredinem conceptam in vlcere, vnde in venenatis vlceribus, & rabidi canis morsibus sanguinem non mittimus, vti neque Galen. sanguinem 4 meth. 6. libro de bon. & mal. suc. c. 1.

 mittit

l.5.c.26. *mittit in corpore peste affecto: nam Celsus eam consulit, & physica ratione, cum propter virium imbecillitatem caueat Gal. à phlebotomia, & uenenata non sit hæc cancrena, sed incipiens tantum (propè cerebrum non patiuntur fauces omnino gangrenari) Medicis videatur à sola putredine, cui ipsa fauet phlebotomia ex Gal. sententia: qui etsi concedat alibi sanguinis missionem à circumferentia ad centrum viscerum retrahere, tamen cum vitium hic sit magis in parte ratione confluentis humoris, tum maxime phlebotomare conuenit, nè tantus, & simul partem suffocet, qui distractus in latioribus venis intra corpus non ita putrescit, vti in parte confluxus, sed radit potius in simpliciorem putredinem is humor, qui non corruptus sit omnino, qualem in casu præsupposuimus; nam secus aliter.*

l.11.me th.c.15. 4. san. tuen.10

Ideo his casibus confert fauces abluere succo mali punici cum cortice ipsius expresso, & oliuarum frondibus addito melle ad syrupi consistentiam: nam hæc vlcera dum absque insigni sint putredine, aphtosa videntur, & aphtas dicerem, nisi tonsillas etiam inuaderent cum tumore (anginoso more) & ad glandulas decumbat humor & pectus, quæ certe aphtarum signa propria non videntur. Hæc adstringentibus moderatè huc usque curat Gal. qualia dicta sunt medicamenta & Gal. recenset:

6. cōp. p loc 4. 8. simpl. cap. de Rhea.

7. aph. 50. *Vbi autem defloret color, & symptomata videmus à Gal. enarrata, & dolores lentescunt ob morientem*

sensum,

ſenſum, optimum eſſet ad euacuationem contenti ſanguinis in parte inflammata, vt corruptionem vitemus, & putredinem ventilemus accedere, dum ſubacta partis natura concoqui illum minimè poſſit. auct. in ſimilibus Gal. ſed cum ex Hippocratis conſilio libro 3. progn. 23. 2. de fract. 16. 18. profundiores ſcalpellationes faucium partes non permittant, ſaltem ſub lingua venas largiter tundere oportet, vel faucium tumores leui manu findere, & ad longum pungere (antequam omnino nigreſcant) et poſt ſectionem dicta ablutione vti.

2. ad Glauc. 9.

lib. 2. de morbis. nu. 29. & 30.

Sin autem inceptus ſit acinus ulceris putridos ichore fundere, vt ſæpius in ſimilibus Gal. memorat, & decolores ſint fauces, graueolenteſue, quæque ad ſiſtendam putredinem apta ſunt adhibere affectæ parti conuenit: hæc enim exiccantia ſunt omnia, quæ ſuperfluam humiditatem deſtruant putridam, & putrefacientem, quà nempè, quæ putreſcunt, humidiora fiunt; veruntamen habere debent caliditatem admixtam ne denſetur mixtum ab adhibito ſicco, & nequaquam tranſpiret (quare pro noſtra indicibilitate eorum vltimi gradus temperiei à tota ſubſtantia dicuntur.) Ideo mirificè iuuat vſus aquæ theriacalis deſcriptione Fracaſtorij ex theriaca, aqua vita, & parum aceti deſtillata per alembicum, additis duntaxat parum etiam terræ ſamiæ, bol. armeni, & ſimilium, vel herbarum.

2. diff. feb. 9.

lib. 3. de cur. cõt. c. 10.

Et cum diximus ex Gal. adſtringentibus vtendum

6. cõp. per loc. 4. ibidẽ.

in lenioribus vlceribus, ita cum ipsomet adfirmamus, acrioribus medicamentis occurrendum sæuioribus iam gangrenantibus vlceribus, quæ ferri vice omne putredine corruptum, & ferè mortuum à sana vicinaq; parte consumant, & quorum silua apud eundem ibidem
l. 1. cur. acut. 9. *patet. Ita ferè causticis vtitur Aretheus, quæ tamen stiptica sint, iubet enim Alumen cum galla, balaustis, & melle adbibendum; item calcitidem vstam, cum trita cadmia, & aceto. Hinc vt ex ipsius doctrina notatur oleum calcitidis non laudarem, cum summè stipticum sit, & maximè vlcera comprimat, vt vltrò quam par sit, transpirationem, quæ incluso sanguini conuenit, tollat, ideoque Aretheus ustam præbet, & post aptata caustica fundit parti aliquam humidam lotionem ab exiccato medicamento, tum maximè si rubescant vlcera, quæ postmodum vlceris more curan-*
l. 6. c. 31 *tur; nec me latet à Paulo has partes inuri, & à Cel-*
l. 6. c. 15 *so: ad euitandam forsan sanguinis profusionem ab*
li. 3. t. 1. f. 9. c. 12 *Hippocrate citato loco dubitatam, & ab Auic. tamen tutius id fieri dictis causticis laudo tum maxime docentibus illis de vula, & de cancro oris, de phlegmone nequaquam.*

Sed in horum miserorum ægrotorum euentibus delabente persæpè deorsum corrupto ichore ab vlceribus resudante ad tracheam, & ipsum cor media respiratione infectis vitalibus spiritibus, vti anginæ, bonum
7. aph. 49. *est tumorem & ruborem extra fundi; sic his miseris econtra magis accedente malignitate prope cor intus et*

extra

extra multoties miſerrimum eſt, quare ſtatim moriuntur extinctis vitæ ſpiritibus annuente Gal. & Aretheus confirmat.

Quibus non alia medicina aptanda videtur, niſi quam Hip. & Gal. conſulunt, nè artis præſidia infamentur, præſagio relinquendos eſſe. Ideo intereſt, ut prius caueamus ægrotis ab hoc caſu, tum decubitu, ut ſtet æger prono corpore, & facie ſolum uerſus, & aliquando fumigetur ex ſaccaro & ambra, ſiue citrino ſuccino, hoc namque ſuffimigio exiccantur ichores, ad os deriuantur, & neque ijs repletur caput, ſed iam euacuatum corroboratur, hocque quouſque ſuperioribus remedijs conſolidetur ulcus.

3. præſ. pul. 4. 3. ſym. cauſ. 4. l. 1. cur. 9. libro 1. progn. 7

Hæcq; de huius morbi ſpeciebus generaliter pro cura dicta ſint: docet enim ſagittarius, quomodo arcum teneat diſcens artem: attamen ut ſcopum attingat ſuæ eſt prudentiæ opus; quod non ſecus in medicina accidit, in cuius praxi propria medentis iudicialis ratio optatur.

FINIS.

extra medicinæ myſterium eſt, quare ſanari ne- rinatur extinctis ſpiritibus innatis Gal. & Auicenna confirmat.

Quibus non alia medicina optanda videtur, niſi quam Hip. & Gal. conſulunt, ne aëris proſectò infla- mentur, præſagio relinquendos eſſe. Ideo intereà, ne prius caueamus ægrotis ab hoc caſu, tunc decubitu, ut ſternatur æger prono corpore, & facie ſolum verſus, & aliquando ſuffumigetur ex ſuccino & ambra, ſiue citrino ſuccino, hæc namque ſuffitu exſiccantur ſchirri, ad os determinantur, & neque ijs repletur caput, ſed etiam cerebrum corroboratur, hocque præſagio ſuperioribus remedijs conſolidantur ulcera.

1. præſ. 1. ſem. cauſ. l. 1. ca. 9. libro 1. progn. 3

Hæcq; de huius morbi ſpeciebus generaliter pro cura dicta ſint: docet enim Sagittarium, quomodo arcum teneat diſcens artem: attamen ut ſcopum attingat ſuæ eſt prudentiæ opus: quod non ſecus in medicina accidit, in cuius praxi propria medentis induſtria ratio operatur.

FINIS.